duos ꝑmos fines. esset. n. aliq̃d ad finez
quo nõ existente nihilominus esset fini
tum. vt ꝑus arguturz est. ⁊ esset aliq̃d ex
cessum essentialiter ab aliquo q̃ non exi
stente nihilominus haberz essentiale ex
cedens quo mensuraret essentialiter ⁊ a
quo acciperet suam perfectionem esson
tialiter. quod est impossibile. ergo ipossi
bile est a licuius finiti duos fines ꝑmos
esse vel alicuius excessi duo ꝑma emine
tia esse. De q̃nta via dico: q̃ infinitus
absolute non potest excedi ⁊ arguo sic.
Quecunqꝫ pfectio põt numerari in ce
uersis plus pfectionis habet in pluribus
q̃ in vno. sicut dicit 8°. de tri. ca°. ꝑmo.
ergo infinitũ in pluribus omino nume
rari nõ potest. De sexta via: ꝑmo ar
guo sic. Species plurificabilis in indiui
duis nõ determinat ex se ad certum nu
merum indiuiduorꝫ. sed quantum ẽ ex
se compatitur infinitatem indiuiduorũ
sicut patet in speciebus omibus corrup
tibilibus. ergo si ratio necesse eẽ sit plu
ricabilis in indiuiduis nõ determinat se
ad certum numerum. sed compatitur in
finitatem q̃tum ex se est. sed si possent es
se ifinita necesse eẽ sũt infinita necesse eẽ
consequẽs est falsum q̃ antecedẽs ex quo
sequitur. Scõo arguo sic iuxta istaz
viam. si sũt plura necesse esse aliquibus
pfectionibus realibus distinguunt: sint
perfectiones iste. a. ⁊. b. tunc sic. aut ista
duo distincta per. a. ⁊. b. sũt formaliter
necesse esse per. a. ⁊. b. aut non. si non. ar
go. a. nõ est formalis ratio necessario es
sendi. nec. b. ergo per ꝯsequens nec inclu
dens. a. est necessario primo. quia includ
dit aliquam entitatem que non est neces
sitas formaliter essendi nec necessaria q̃

se. Si autem illa formaliter necesse esse.
p'a. ⁊. b. ⁊ preter hoc vtrũqꝫ est necesse p
illud in quo conuenit vnum cum alio.
ergo vtrunqꝫ habet in se duas rationes
quaruz vtraqꝫ formaliter est necesse. sed
hoc est impossibile: quia neutra illaruz
includit alteram. vtralibet igit illarꝫ cir
cunscripta esset tale necesse eẽ p reliquaz
⁊ ita esset aliquid formaliter necesse esse
per rationẽ aliquam qua circumscripta
nihilominus esset necesse esse quod est i
possibile. De septima via. s. de omni
potentia videt q̃ illa non sit p rationez
naturalem demonstrabilis. quia omni
potentia vt alias patebit non potest cõ
cludi ratõe naturali vt catholici credũt
omnipotentiam. nec concludit ex ratõe
infinite potentie. tamẽ ex omnipotentia
credita arguitur sic ꝓpositum: si. a. ẽ oi
potens ergo potest facere circa quodcũz
aliud ipm esse vel nõ esse. ⁊ ita posset ꝏ
struere. b. ⁊ ita fieret. b. nullipotens q̃. b.
nõ est deus. Ista ratio nõ valet. quia
b. non est obiectũ omnipotentie ipius. a
quia omnipotentia pro obiecto respicit
possibile. b. aũt ponebat necessarium si
cut. a. Ideo ex omnipotentia arguit
aliter sic declarando rationem. Ric. 2. ꝏ
tri. c. vlti. omnipotẽs sicut suo velle põt
ꝑducere omne possibile. ita suo nolle po
test impedire vel destruere omne possi
si iam habet esse. a. ergo omnia possibi
lia potest suo velle in esse producere. nõ
autem est necesse q̃. b. velit omnia illa es
se. sed potest nolle illa eẽ que. a. vult: qr
volũtas. b. se habet ꝓtingenter ad illa q̃
vult. a. sicut voluntas. a. ad illa que. b.
vult si est deus. si autem. b. nolit illa esse
ergo nullum eorꝫ est. igit si sint duo om
nipotentes vtrocꝫ illorum facere et alterꝫ
nullipotentem. non destruendo illuz sed
faciendo vel ꝓhibendo per suum nolle
esse volitorꝫ ab alio. Q: si dicas som
niando q̃ concordant in voluntate sua
quamuis de hoc nulla sit necessitas sed
quasi fecerunt pacta. Adhuc probo.
q̃ neuter eorum erit omnipotẽs. nam si
a. est omnipotens potest producere suo
velle quodcunqꝫ aliud possibile volituz
a se. ex hoc sequitur q̃. b. nullum eorum
potest ꝑducere suo velle. ⁊ ita nõ ẽ om
nipotens. Q: hoc sequat patet ex q̃rta
via. quia impossibile est duas causas
esse totales vnius effect'. quia ex quo cã
tus est ab vna ipossibile est q̃ sit ab alia

Argumenta quedam aliorum ad cõ
clusionem predictaz nolo hic adducere
quibus non oportet initi. quia sũt solu
bilia. ⁊ eque forsan concludentia vnum
esse angelũ i vna specie si angelus est sim
plex in essentia sua. aut si concludũt nõ
tamẽ ex naturali ii nobis notis. nec opor
tet illa adducere vt soluenda. quia non
sũt ꝯclusionem quã teneo.

Ad illa que sunt

pro alia opinione respondeo ad auctori
tatem Rabi Moysi: dico q̃ populus iu
daycus fuit rudis ⁊ pronus ad idolatri
am. ideo indiguit instrui per leges ꝏ vni
tate dei. licet per rationem naturalẽ po
terat demonstrari. ita etiam acceptum
est a lege q̃ deus sit. Exodi tertio. Ego
sum qui sum. Et apostolus ad Hebreos
dicit. q̃ oportet accedentem ad deum
credere quia est. ⁊ tamen non negat deũ
esse demonstrabile. ergo pari ratione ne
gandum non est posse demonstrari deũ
esse vnum. licet acceptum sit a lege. Illa
etiam que possunt demonstrari vtile ẽ
comunitati tradi p viam auctoritatis.
⁊ propter negligentiam communitatis
in inquirendo veritatem. ⁊ propter im
potentiam intellectus. ⁊ propter errores
inquirentium per demonstrationem.
quia veritatibus suis multa falsa permi
scent. vt dicit Augustinus decimooctau
o de ciuitate dei. ⁊ ideo quia simplices
sequentes tales demonstrationes bene
possent dubitare cui esset assistendum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ideo tuta est via ⁊ facilis ⁊ cōmunis. auctoritas certa que nō ꝑt fallere nec falli

Ad 2ᵃᵐ rōnem de singulari dico. q̃ aliud est singularitatē eē conceptā ut obiectum vel ut ꝓtem obiecti. aliud est singularitatē esse precise modū concipiēdi sine sub quo concipit obiectū. Exᵐ cuz dico plurale. obiectū conceptū est pluralitas. sed modus concipiendi. i. modus sub quo concipitur est singularitas. ita in intentionibus logicis. cuz dico singulare: quod concipit est singularitas, sed modus coucipiendi sub quo concipitur est vniuersalitas. quia quod concipitur ut concipitur habz indifferentiā ad plura. Ita dico in proposito q̃ essentia diuina potest ꝓcipi ut singularis ita q̃ singularitas sit concepta: vel vt obiectū vl ut parz obiecti. nec tamē sequitur q̃ eēntia possit cognosci vt singlaris ita q̃ singularitas sit modus concepti. cognoscē eni sic aliquid ut singulare est cognoscē illud vt hoc. sicut album videtur ut hᵒ ⁊ hoc modo ut predictum est nō cognoscitur essentia diuina sub ratione singularis. ⁊ ideo in argumento est fallacia figure dictionis commutādo rem in modum.

Ad rationes principales.

ad ꝑmam dico q̃ aplus loquitur de ydolis. ⁊ ideo de dijs nuncupatiue. ⁊ subdit ibi. Nobis autem vnꝰ est deus quia omnes dij gentiū demonia. Ad 2ᵃᵐ dico. q̃ consequentia nō valet. quia numerus nō est talis modus significandi grāmaticaliter quales alij modi grāmaticales qui precise dicunt modū concipiendi rem absque aliquo reali correspondenti tali modo concipiendi. sz numerus vere includit rem substratā. vnō sequitur homines currunt. g̃ plures homines currunt. sed nō est sic de alijs consignificatis nominis vel verbi. quia nō sequitur. deus est generis masculini. ergo deus est masculus. quia ad masculiniratem sufficit aliquid in re a quo iste modus concipiendi possit accipi. pura actiuitas. dico igit q̃ illud subiectū dij conceptū sub modo plurali includit cōtradictionē. quia modus cōcipiendi repugnat ei quod concipit sub modo. cuz igitur probatur consequentia. quia idē includit singulare ⁊ plurale. dico q̃ singulare includit illud sub modo concipiendi conuenienti ipsi concepto. sed plurale includit illud sub modo incompossibili illi cōcepto. ⁊ ideo illud singulare includit rationem quasi in se veram q̃ ut includit conceptū ⁊ modum concipiendi. plurale autem ꝓut includit illa includit rōnem quasi in se falsam. ⁊ ideo non sequitur q̃ plurale sit veruz de plurali: sicut singulare de singulari. quia ꝯ eo cuius ratio est in se falsa nihil est verum. Per idem patet ad aliam ꝓbationem quo maius cogitari non potest quia non sunt dij cogitabiles sine cōtradictione. quia modus repugnat rei concepte. ⁊ ideo maior est glosanda sicꝯ in questione ꝑcedenti. Ad veritatē autem ꝓpositionis requirit q̃ rō subiecti non includit contradictionē si ut dicū est in questione 2ᵃ huius distinctionis.

Ad 3ᵐ dico q̃ maior ꝓpositio nō est ꝑma sed reducit ad istā. omne imperfectū reducit ad pfectū. ⁊ quia omne ens per participationē est impfectū ⁊ tamē illō ens est pfectū qō est ens per essentiā. ideo sequit ꝓpositio illa maior de participatione. hec autem maior de impfecto sic habet intelligi. aliquid est impfectū fm imperfectionē simplr. que non necessario habet imperfectionē concomitantē quia nō includit in se limitationē ut bᵒ bonū. hoc verū. hoc ens. ⁊ hᵒ imperfectum reducitur ad perfectū eiusdem rōnis. s. bonū. ens. verum. que important perfectōnes simplr. aliquid autē est impfectum fm perfectionē non simplr sed fm perfectionē que de rōne sui includit limitationē. ⁊ iō necio hz imperfectionē

anteram. vt b homo ⁊ b asinus. quod igitur imperfectū est ꝑmo modo reducitur ad perfectū simplr fm perfectionem illius rationis quia aliq̃d fm illam rōez pōt esse simpliciter perfectū. Quod aūt est imperfectum 2° modo nō reducit ad aliquid perfectū fm perfectionē eiusdez ratōis. q. n. ista impfectionem includit ideo fm illam non pōt esse aliq̃d perfectū simpliciter pp limitationē. sed reducitur ad aliq̃d perfectum simpliciter eq̃ uocum eminenter includens illam perfectionem. ⁊ ideo bonum impfectū reducitur ad perfectum bonū. sed lapis q̃ est impfectus non reducit ad lapidem pfectum simpliciter sed ad summū ens ⁊ ad summū bonū que includūt virtualiter illam perfectionem. Ad vltimum dr. q̃ plura bona finita sunt melioza pauci oribus bonis finitis. nō aūt plura bona infinita. Sed hoc nō videt respōdere ad argumentū. quia quecunq̃ si essent: essent melioza videntur ponēda in entibus esse. ⁊ maxime in ente supremo qō est necesse esse. quia ibi quicq̃d posset eē bonum est: ⁊ necesse est ibi esse. sed pluā bona infinita si essent essent melioza. videtur igitur q̃ plura bona infinita sunt ponēda in natura summi boni. Ad illud respondeo. q̃ cum dicit in maiori illa que si essent essent melioza sunt ponenda ibi: dico q̃ aut per ly si implicat positio possibilium. aut positio incompossibiliū. si ꝑmo modo: dico q̃ maior est vera ⁊ minor falsa. qz implicatio illa in minori nō est possibiliū sed incōpossibiliū. si aūt ly si implicet positionem incōpossibiliū. minor ē vera ⁊ maior falsa. q̃. n. nō essent melioza nisi ex positōe incōpossibiliū nō eēnt melioza. nec etiā sūt bona sicꝯ illud qō nō est nisi ex positione incōpossibiliū oino nō ē. sicꝯ nec illō est a quo illud depēder.

Arca secdam

partem huius di. queritur ꝑmo. vtrz possibile sit cū vnitate eēntie diuine stare pluralitatem personarum.

Q. nō. quia quecunq̃ vni ⁊ eidē simpliciter sūt simpliciter eadem inter se sūt eadem simpliciter. ⁊ additur simpliciter ad excludendū idemptitatem fm quid. quia si sunt eadem eidem nō simpliciter sed fm quid. vel si eidem simpliciter sūt eadem solum fm quid. nō oportet illa eē simpliciter eadem sed psone diuine sunt simpliciter ⁊ oino idem eēntie diuine. q̃ in se ⁊ omnino est simpliciter eadem. ergo 2ē. maior pz. tum quia per eam tenet omis forma sylogismi perfecti. que forma de se est euidens. quia in ꝑmissis no tantur extrema in medio ꝯiūgi. ⁊ ex hᵒ solum ꝯcluditur idēptitas extremorum inter se in conclusione. tū quia oppositū ꝑdicati destruit subiectum. quia si non sūt eadem oino inter se nō sunt simpliciter eadem alicui eidem simpliciter. mior ꝓbatur. quia essentia diuina ꝓpter sūmum simplicitatem est quicq̃d habz fz magrm. di. 8ᵃ. ⁊ fm Augum. x. de ciui. caᵒ. xiᵒ. Similiter alia ps minoris patet quia ipa est in se oino simplex ⁊ indiuisibilis. ergo 7ē. 2° sic. essentiale ⁊ accidentale diuidunt totū ens. quicquid ergo est in aliquo aut est idem sibi eēntialiter aut accidentaliter. sed quod distiguit personas nō est accidētale essentie. quia nihil sibi accidit. ergo est sibi idem eēntialiter. sed quod essentialiter est idē essentie multiplicato illo multiplicatur eēntia. ergo si sunt plures persone sūt plures essentie. 3° sic. nihil est ponendum in entibus ⁊ maxime in sūmo bono quo nō posito nihil pfectionis deficit in vniuerso. sed aliq̃ psona diuina nō existēte ī diuina eēntia nihil perfectōis deesset in vniuerso. g̃ pluralitas taliū nō est ponēda in deo. ꝓbatio minoris. si 2ª psona nō eēt quicq̃d pfectōis eēt in ea eēt in psona alia. ⁊ ita nihil pfectōnis deesset in vniuerso si ipa nō eēt. quia q̃cq̃d pfectionis simplicit ē in vna ē in alia. g̃ sbtracta

Universidad de Deusto Biblioteca

vna ⁊ manente alia nihil pfectionis tollitur ab vniuerso. Dices q̃ nõ sub oi modo ḋcq̃d perfectionis ẽ in vna est in alia. Cõtra iste modus habẽdi vl' essendi aut est pfectio aut non. si sic erit i deo. ⁊ p ꝓsequẽs pſona ꝑma nõ erit simpliciter pfecta que nõ habebit illũ modũ si nõ ḡ stat argumentũ: q̃ nõ manẽte 2ª pſona manet tota eius pfectio in pſona ꝑma. ḡ nihil pfectionis deperdit ab vniuerso ammota persona 2ª. Itẽ 4°. si sũt plura necesse esse q̃ro ḋb' formaliẽ distinguunt sũt. a. ⁊ b. sed q̃ plura sint necẽ esse includit ꝗdictionẽ. quia aut ille ratões ḋbus distinguunt sũt necesse esse ⁊ necitates eẽndi ⁊ tũc erunt duo necesse eẽ que etiã ꝓueniũt in necesse eẽ. ⁊ per ꝓsequens p necesse eẽ non distinguũtur. si autẽ ille rationes sũt possibiles: ḡ illa que istis distinguunt nõ sũt necesse esse.

Ad oppositum. illud est possibile q̃ nõ includit ꝗdictionem. sed nõ includit ꝗdictionem q̃ sit vna eẽntia in tribus pſonis. quia ꝗdictio est fm idem. hic aũt non est ꝓtradictio fm idem. quia hic est vnitas essentie ⁊ trinitatis personarum relatiuaꝝ ergo ⁊c.

Xxta hoc

quero vtꝝ sint tantuꝫ tres pſone in eẽntia diuina. Et arguo q̃ nõ Primo sic. Relatões oppositе sũt equalis dignitatis. ergo si relatio ꝑmi ꝓducentis tm̃ ꝓstituit vnam pſonam correspõdebit sibi alia relatio tãtum ꝓstituens pſonam vnã ꝓductam ⁊ ita tantum erit vna pſona ꝓducta. Preterea duabus relationibus ꝓductorum correspondent due ꝓducentiũ. ⁊ eque distinguunt ista extrema inter se sicẽ illa inter se. ergo si iste due relationes cõstituũt duas personas. ⁊ alie due ꝓstituent alias duas. ⁊ ita erũt quatuor pſõe diuine. Preterea. potentia finita durans in infinitũ posset habere effectus i finitos. sicut pꝫ de sole fm viam phi. 2°. de generatione. ergo potẽtia infinita potest habere infinita ꝓducta simul. ꝓna ꝓbatur. quia q̃ potentia finita simul non potest in tot in quot successiue h° est ꝓp finitatem ꝓpter quã ꝓnũc adequat sibi iste effectus. ergo potentia infinita in q̃ potest successiue in tot potest simul.

Oppositum videt Math. vlt. In noie patris ⁊ filij ⁊ spũssãcti. ⁊ Joh. 5°. Tres sũt qui testimonium ⁊c. Augustinus de fide ad Petꝝ. ca. 2°. ⁊ ponit in lra.

T quia plu

ralitas diuinarum pſonaꝝ declarat ex ꝓductõe. idcoquero de ꝓductõe in nã diuina. ꝑmo in cõi vtꝝ essentia diuina possit stare in aliquo ⁊ ipsum eẽ ꝓductum. arguo q̃ nõ. ꝑmo sic nullũ ꝓductũ est ex se necessarium. sed quicq̃d subsistit in eẽntia diuina est ex se necẽarium ergo ⁊c. ꝓbatio maiꝯis per quicꝫ vias. Prima q̃ nihil simul est ex se uecessarium ⁊ ab alio sed quod est ꝓductũ si est necessarium ẽ necessariũ ab alio ergo nõ a se. maiꝯ hui' sylogismi ꝓbo. quia si ẽ necessariũ ex se. ergo est necẽarium circũscripto omi alio. si aũt est necessariũ ab alio non est necẽariũ illo circumscripto. 2°. ꝓbatur maiꝯ. quia omne ꝓductũ possibile fuit ꝓduci alioquin possibile ꝓduci esset ꝓductum. ḡ omne ꝓductum aliquam possibilitatem includit. ⁊ omis possibilitas repugnat necessario ex se ḡ ⁊c. 3°. sic. terminus ꝓductus est aliquo mõ posterioꝯ ꝓducente. quia nõ potest intelligi ꝓductio sine aliquo ordine prioꝯ ⁊ posterioꝯ. in illo ꝑoꝯ in quo ꝓducens intelligitur nõ intelligitur ꝓductum. quia tũc nõ esset ꝑius. ergo intelligitur in illo prioꝯ ꝓductum non esse. ⁊ in signo posterioꝯ intelligitur esse. ergo mutatio.

4°. ꝓbatur. quia essentia diuia circũscripta ꝓductione nõ habet illud ꝓductum. habet. n. illud ꝓductum per ꝓductionẽ ergo per illam fit eẽntia diuia ⁊c nõ ba-

bente illud habens. ⁊ ita mutatio. 5° quia generatio videtur esse essentialiter mutatio sicut species essentialiter includit genus. ꝓductio aũt adesse per modũ nature est generatio. igitur illa non põt intelligi sine mutatione. 2°. ad ꝑncipale sic. si est ꝓductum ergo dependet. ꝓñs est falsum ergo antecedẽs. ꝓbatio ꝓñtie quia si nullo mõ dependet ꝓductum a ꝓducente. ergo vterq̃ ex equo haberꝫ naturam. ⁊ ex hoc vltra nõ magis ꝑexigeret ꝓductum ad sui ꝓductionem ⁊ esse q̃ ꝓducens prehaberet suaꝫ naturã q̃ ecõuerso. quod est contra naturam ꝓductionis. 3° ꝑncipaliter sic. quia alie mutationes que non ponunt de ratõne sui tantam imperfectionem quantã ponit generatio non possũt esse in diuinis ergo nec generatio. ꝓsequentia patet. qꝫ remouet a deo quicq̃d est perfectionis. ꝓbatio antecedentis. quia latio ⁊ alteratio fm Arist. 8°. phicoꝝ. non ponũt tãtam imperfectionem quantam ponit generatio. quia multa entia perfecta possũt alterari vel localiter fieri que nõ possũt generari. sed nõ ꝓceditur in deo loci mutatio vel alteratio. ergo nec generatio.

Ad oppositum est Augustinus. 4°. ꝺ trini. ca°. 20. vel. 54°. pater est principiũ totius diuinitatis. non nisi per ꝓductionem. ergo ⁊c.

Xxta hoc

quero in speciali. Utrum sint ibi tantũ due ꝓductiones intrinsece. Q̃ no ⁊ arguo sic. quia vnius nature videt esse vnus modus cõmunicandi. fm Aueroyn. 8°. phycoꝝ. cõmento. 46°. quod ꝓbatur p ratões suas ibidem. Prima. quia. s. alterius materie est altera forma. alioquin non esset forma ꝓpria huius materie. ⁊ tũc quodlibet generaret ex quolibet. ⁊ tunc vltra materie essent ociose. sed materie correspõdentes diuersis agentibus ⁊ ꝓducentibus sũt alterius ⁊ alterius rõnis quod patet in generatõe per ꝓpagatõem ⁊ putrefactionem. quia ꝓpagatum gnãtur ex semine. aliud non. sed ex alio corpore putrefacto. Secundo arguit ex opposito inferendo. q̃ eadem spẽs tunc essꝫ a natura ⁊ a casu. exquo infert q̃ hõ posset generari a semine asini ⁊ ex infinitis materiis. probat autem primum cõsequens esse incõneniens. quia quod fit a casu est oppositum ei quod fit a natura. ⁊ preterea 2°. nulla species est a casu. quia eueniũt a casu sũt monstruosa. h° totum est manifestum per se. sꝫ si natuã haberet diuersos modus cõicandi tunc fm vnũ modũ cõicandi posset aliq̃ species esse a natura ⁊ fm aliũ modũ cõicãdi posset eẽ a casu. Preterea arguit sic. ex ꝑmẽto illo. generabile h° generat equiuoce non ex semine. aut ḡ de necessitate. aut vt in pluribus eq̃uoce de putrefactione. generatur ergo naturaliter. quia quecunq̃ vt in pluribus accidunt naturaliter accidunt. ergo naturaliẽ generatur equiuoce. ⁊ vlterius sequitur q̃ vt raro ꝓpagentur ex semine quod falsum est. si autem vt raro generatur eq̃uoce. sed que raro eueniunt casu eueniunt ⁊ casualiter. ⁊ quia casualia sũt mõstruosa sunt. ⁊ que sunt huiusmodi nõ sunt eiusdem speciei ⁊ hoc ⁊ illud. ḡ natura non est cõicabilis nisi vno modo.

Item arguitur ꝑ conclusione ꝓmentatoꝯis. qꝫ diuersoꝝ motuũ spẽ sũt diuersi termini spẽ. 5°. phycoꝝ. ḡ si cõicationes vel ꝓductiones sunt alterius rationis. ḡ ⁊ termini. Q̃ non tantũ sint due ꝓbo. quia pbs. 2°. phycoꝝ. distinguit naturã ⁊ intellectum tanq̃ diuersa ꝑncipia actiua. vtriusq̃ autem ratio vere inuenitur in deo. quia neutrum includit perfectionem. ⁊ ad intra. quia neutrum est ꝓductiuum ad extra. ergo ꝑter ꝓductionem voluntatis erũt due alie ꝓductiones ad intra. Hoc etiã confirmatur per philosophum. 9°. methaphisice. ca°. tertio. vbi videtur exp̃sse

dicere q̃ potentia rationalis valz ad opposita. quia scientia est oppositorũ. sed intellectus ex natura sui est indeterminatus ad opposita: ⁊ natura est determinata ad vnum. g̃ intellectus habebit aliaz rõnem principij q̃ natura. Preterea potentia voluntatis est libera. g̃ ⁊ pductio eius est libera. g̃ non determinat ad vnum. sed ex libertate sua potest esse ad opposita. sed tantum creatura est possibilis esse ⁊ non esse non autem persona diuina. g̃ voluntas est tm̃ p̃ncipium pducendi creaturam non personam diuinam. Ad oppositum. si non sunt tm̃ due persone producte. g̃ erunt plures psone q̃ tres vel pauciores q̃ tres qd̃ est falsum. g̃ ille auctoritates que ostendũt tantũ tres esse personas in diuinis ostẽdunt q̃ sunt tantum due persone producte.

Quia sicut dixi plũ

ralitas declaratur ex productione ideo primo respondeo ad questionem de pductione que est tertia in ordine. ⁊ dico q̃ in diuinis est ⁊ potest esse productio. quod probo sic. quicquid de ratõne sua formali est p̃ncipium pductiuum illud in quocunq̃ est a se in eo est principiuz productiuũ. istud totum. s. intellect' habens obiectum intelligibile sibi presens ex rõne sua formali est p̃ncipiũ pductiuum noticie generate. g̃ in quocunq̃ est istud. s. intellectus habens obiectũ actu intelligibile sibi presens ibi erit p̃ncipiuz pductiuũ noticie generate. ⁊ hoc fm pportionem sue perfectionis. sed in deo ẽ illud fm veram rõnem sui. g̃ vere est ibi productio noticie generate. Idem p̃t argui de voluntate. quia voluntas habẽs obiectum actu cognitum sibi presentatum ex rõne sua est productiua amoris producti. Contra istam rationẽ insto vt declaretur. ⁊ maiorem quidem ratõnis concedo. sed ad minorem diceretur q̃ illud totum non est ex se principium productiuum. sed tantum quando intellectus potest habere ex se noticiam productam. hoc autem est quando potest habere noticiam aliam a se qua perficiatur. intellectus autem diuinus nõ pot̃ habere noticiam distinctam a se qua p̃ficiatur. ⁊ ideo non videtur q̃ ibi debeat poni p̃ncipium productiuum. Et confirmatur ista ratio p̃mo. quia noticia genita frustra ponitur. 2°. quia impossibile est eam poni. primum probat. in nobis est necessaria noticia genita. qz per eaz intellectus perficitur qui sine ea esset imperfectus. intellectus autem infinitus licet habeat obiectum sibi psens tamen non formaliter perficitur per noticiam genitam. sed per noticiam ingenitam eandem sibi realr qua etiam formaliter intelligit. secundũ. s. impossibilitatem probo dupliciter. primo. qz pductiuum vel producens habẽs productũ adequatum non potest aliud producẽ. g̃ cum totum illud intellect' habens obiectum actualiter sibi presens habeat in intellectu paterno noticiam ingenitaz sibi adequatam quasi productam ex se. quia aliquo modo fm rationem intelligendi posterior est tali presentia obiecti videtur q̃ nullam virtutem vlteriorem habeat ad producendam noticiã distinctam aliaz ab ista. 2° probatur. quia intellectus est potentia actiua non factiua. vt dicitur. 9°. metha^c. igitur si potest producere productum potest producere in se illud ⁊ non extra se. alioquin non haberet rationẽ actiui vt distinguit̃ contra rationem factiui. iste igitur intellectus qui non potest producere noticiam in se non potest producere aliquam noticiam vt videtur. Istas rõnes excludendo confirmo ratõnem. ⁊ ad excludẽdum responsionẽ ad minorez in se. dico q̃ intellect' nr̃ respectu genite noticie habet potentiam receptiuam. ⁊ ista potentialitas est imperfectõnis. quia est potentialitas passiua. nihil autem facit b' ad

rationẽ p̃ncipij productiui. quia nulla imperfectio formaliter est de ratõne p̃ncipij productiui. ⁊ maxime quando p̃ncipium productiuum potest in se eẽ perfectum. habet etiaz intellectus noster rationem p̃ncipij productiui respectu noticie genite. ⁊ hoc est ex perfectione eius quatenus actus primus virtualiter continet illam actum secundum. primum istorum. s. recipere intellectionem patet. quia conuenit intellectui possibili. de 2° non est ita certum an conueniat passibili vel agẽti. de hoc alias inquiretur. nũc autem hoc indistincte acceptuz de intellectu q̃ est principium productiuuz noticie genite satis puto verum. ⁊ declaratur di. 3^a. q. 2^a. ⁊ intellect' sic est in deo quia habet intellectum fm omnem rõnem intellectus que non ponit imperfectionem. tunc arguo sic. quandocũqz in aliquo concurrunt duo per accidens. s. ratio agendi ⁊ patiendi vbi illud quod est ratio agendi est per se si separetur ratione patiẽdi ⁊ ponatur per se nihil minus est ratio agendi. quod pz ex 2° phy. de medico sanante se. si separetur medicina ab infirmitate nihil minus erit rõ sanandi. igitur si separenẽ predicta duo in intellectu ab inuicẽ remanente eo qd̃ erat p se ratio p̃ncipij productiui adhuc erit ratio producendi quantũcunq̃z nõ sit ibi potentialitas passiua receptiua. Exemplum huius patet. quia si in intellectu nostro esset cõcreata vel consubstãtialis noticia sui fm q̃ quidã intelligũt Augustinũ de noticia cõdita. 14: de trinitate licet intellectus non possit habere noticiam genitam qua cognoscat se formaliter. tamen si potest habẽ aliqd̃ obiectum actu intelligibile sibi psens pot̃ aliquam noticiam gignere in passo approximato si quod tale sit. aut per se stãtem si haberet virtutez gignendi aliqd per se stans. g̃ ab intellectu diuino circũscripta ratione receptiui noticie si remaneat ratio productiui noticie ⁊ hoc per se stantis poterit talis noticia gigni licet non recipiatur in intellectu qui est principium gignendi. ex hoc patet q̃ glosa illius minoris nulla est. Ad confirmationem illius glose per frustra dico q̃ in omni ordine agentium precipue vbi p̃ncipiuz actiuum de se non est imperfectũ est status ad aliquod p̃ncipium actiuuz simpliciter perfectum. quod. s. agẽs agit ex plenitudine perfectionis. ⁊ dicit agẽs ex liberalita. fm Auic. 6°. metha^c. c. vltimo. Nullum autem agens agit liberaliter propter hoc q̃ ex actione sua expectat perfici. sicut enim in actibus humanis liberalis est ille qui agit nõ expectaz redditionẽ. ita simpliciter agens dicitur liberale eo q̃ nullo modo perficitur a pductione vel producto. Ex hoc arguit̃ sic. in omni genere principij productiui non includentis imperfectionez possibilem est stare ad aliquod p̃mum simpliciter perfectum. sed itellectus est tale p̃ncipium ⁊ volũtas similiter. ergo in isto genere potest stari ad aliquod simplicit̃ perfectum. sed nihil est simpliciter perfectũ agens quod non agit liberaliter fm predictum modum. ergo hoc est aliqd̃ agens liberaliter modo predicto. igitur in genẽ principij productiui est aliquod principium tale quod nullo modo perficitur per suam productionem. talis ẽ intellectus habens obiectum sic sibi presens. ⁊ nullus alius est nisi ille qui nõ recipit nec perficitur per intellectionẽ quã gignit siue que in virtute eius gignitur. ergo non oportet intellectũ omnẽ pducere noticiaz vt ea perficiatur. sed oportet esse aliquem priorem producentem non perfectibilem per productuz. Et cũ dicitur tunc erit frustra nõ sequitur. nã erit summũ bonũ. sed non est productũ a producente ut producens per ipm perficiatur. sed ex plenitudine perfectõnis producẽtis. Cum autem arguitur post de impossibilitate duco ad oppositum quia ⁊ si aliquod obiectum presens me

Universidad de Deusto Biblioteca

mozie patris habeat ibi aliquaz noticiã actualem patris quasi productam non tamen habet noticiam adequatã in patre productã. nulli autem principio productiuo ex se tollitur producere ut est i aliquo nisi intelligatur illud ꝓncipium ꝓducere vel produxisse aliqua productione adequata virtuti talis principij ꝓductiui. ⁊ ideo quantũcunqz memoria ut in patre habeat quasi productuz adhuc potest producere productum. ſz verum est ꝙ cum habuerit productũ adequatum non poterit aliud producere.

Cum arguitur vlterius de actiuo et factiuo. dico ꝙ iste differentie sunt accidentales potẽtie productiue. ſ. actiua vl factiua. vniuersaliter enĩ omis potentia ex se productiua alicuius receptibilis in aliquo in quolibet receptiuo proportionato ⁊ approximato producit vl potest ꝓducere illud ꝓducibile. ꝙ si ꝓducibile non sit natum in aliquo recip: potentia productiua ꝓducit illud ⁊ nõ in aliquo: sed per se subsistens. si tamẽ sit potentia ꝓductiua sufficiẽs ad ꝓducẽduz nullo alio presupposito. ita est in ꝓposito ꝙ pater habet noticiam genitaz nõ agendo id est non producendo aliq̃d in se. nec faciendo id est ꝓducendo aliquid distinctum essentialiter extra se. ſz quia productũ in nullo natum est recipi ⁊ intellectus est principium productiuũ sufficiens quia infinitum: ideo ꝓducit noticiam genitam in se subsistentem que ẽ persona. Et ita responsiones ad instantias sunt declarationes prime rõnis. et per consequens etiam propositi principalis. 2° principaliter ad conclusionẽ principalem arguo sic. Obiectum ut est in memoria ꝓducit seip̃m ut est in intelligentia: vel est ratio producendi seip̃m vt est in intelligentia. ꝙ autem obiectuz habeat esse vtrobiqz fm quid vel ab eis differens hoc est imperfectõnis. quia si memoria esset perfecta ⁊ intelligẽtia pfecta obiectũ esset simplr vtrobiqz idem vtriqz. ꝗ ablata omni pfectione reseruãdo illud quod est perfectõnis simplr obiectum idem simplr memozie gignet aliquid in intelligentia cui est simplr idem quod est ꝓpositum. Preterea. 3°. sic. in qualibet conditõne entis que non est ex ratione sua impfecta necẽtas ẽ simplr perfectionis. igit in ꝓductiuo. quia illõ nõ dicit ex se impfectionẽ. probatõ antecedentis. quia sicut necessariũ est conditio perfectõis in ente in quantũ ens. ita etiã est pfectõnis in quolibet diuidente ens qõ nõ est ex se necessario impfectuz siue limitatũ. sicut enĩ quando ens diuiditur per opposita alterũ diuidentium est pfectõis in ente alterũ ipfectõis. ita in quolibet qõ est impfectõis cuiuslibet distinctõis illud mẽbꝛ est possibile. qõ est pfectõnis est necessariũ. ꝓducens aũt inquantũ tale nõ includit impfectionez ꝗ nõ est ꝓducens perfectũ in rõne ꝓducẽtis nisi sit necessario ꝓducens. ꝓducens autẽ primũ nõ potest esse necessario ꝓducens aliud a se ⁊ ad extra. sicut dicet distinctione. 8ª. ergo ad intra. Silr arguitur de ꝓductõne naturali. qꝛ productio nãlis est ꝑma ꝓductio. ꝗ cõperit ꝑ ꝓducẽti. ñ aũt ꝓpetit ꝑ ꝓducenti ad extra. ut patebit alias. ꝗ ad itra. P. rationes opposite de 2°° relatiuoꝝ pñt ꝓpetẽ eidem nature limitate. sicut eidem voluntati competit rõ motiui ⁊ mobilis quãdo volũtas mouet se. sed relationes producentis ⁊ ꝓducti licet magis repugnẽt ꝙ relatões mouẽtis ⁊ moti tamẽ sũt relationes eiusdẽ modi. fm phm. 5. mẽ. ca°. de ad aliquid. ibi enĩ pro exẽplo ponit calefactiuũ ⁊ calefactibile. patrẽ et filium siue genitũ ⁊ cum qui genuit. ergo relatõnes ꝓducentis ⁊ ꝓducti sũt cõpossibiles in eadẽ natura. Confirmat rõ quia sicut volũtas ẽ quodammõ illimitata quatenus fũdat relones opposita ex hoc ꝙ virtualiter continet illõ ad qõ formalr habendũ est in potẽtia. ita multo magis essentia simpliciter illimitata

potest simpliciter fundare relatõnes oppositas magis repugnãtes. quales sunt relationes producentis ⁊ producti. plus eni excedit infinitas diuie essentie illimiteni excedit infinitas diuie essentie illimitationẽ qualẽcunqz cuiuscunqz creati ꝙ repugnantia quarũcũqz relationũ scõi modi excedat repugnantiã quarũcunqz aliarũ eiusmodi. Confirmat etiã rõ. qꝛ omia relatiue opposita equalr includunt contradictionẽ. sed aliq̃ scõi modi nõ includunt cõtradictionẽ igit nec alia

Arguit aliter q̃dam doctoꝛ sic. ꝑma ꝓsona constituit ꝑ relationẽ ad secundã ⁊ nõ nisi ꝑ relationẽ oziginis. ꝗ oportet ponere in diuinis diuersa supposita q̃ꝛ vnũ sit ab alio. ꝑma ꝓpositio ꝓbatur. qꝛ ꝑma ꝓsona est relatiua ad 2ᵃᵐ. ⁊ si ñ constitueret ꝑ illã relationẽ. ꝗ accideret sibi relatio illa qꝛ adueniret illi persone ꝓstitute qõ est incõueniens. 2° arguit sic. virtus sũme actiua sũme se diffũdit sed nõ diffunderet se sũme nisi ꝓducerz aliq̃ summũ. ꝗ ⁊c. Arguũt alij ꝑ rationẽ boni. quia bonũ est de se cõmunicatiuũ. ꝗ sũme bonũ sũme cõmunicatiuum. nõ nisi ad intra. quia nihil aliud potest esse summũ bonũ. silr arguitur õ rõne pfecti. qꝛ pfectũ est qõ ꝑt producẽ sibi simile. ex. 9°. metha°. ⁊. 4°. methau. ꝗ primũ agens qõ est perfectissimũ põt ꝓducere sibi simile. ſz pfectius est qõ potest ꝓducere sibi simile vniuoce ꝙ equiuoce. quia ꝓductio equiuoca est impfecta. ergo ⁊c. Iste rõnes nõ declarant ꝓpositu per manifestius neqz fideli neqz infideli. ꝑma qñ accipit ꝙ ꝑma persona constituit per relationẽ si vult ꝓsuadere infideli accipit minus notũ ꝑncipali ꝓposito. minus enĩ notũ esset tali. ſ. infideli per se subsistens constitui ꝑ relationẽ ꝙ ꝓductionẽ in diuinis esse. si etiã vult ꝓsuadere fideli adhuc ꝓcedit ex minus noto. qꝛ ꝙ ꝓductio sit in diuinis est euidens ꝙ sit articulus fidei. nõ autẽ est ita euidens hoc esse articulũ fidei ꝙ prima ꝓsona constituat per relationez. Et cum probat: quia aliter illa relatio adueniret persone constitute. ⁊ ita illa relatio esset accidens. probatõ non videtur valere. quia simili modo posset argui õ spiratione actiua de qua omnes tenent ꝙ non constituit personam. nec tamen est accidens. quia perfecte est eadem fundamento quod est essentia in persona. Et cum arguitur vltra ꝙ distinctõ non est ibi nisi per relatiões oziginis. hec nõ est ita manifesta sicut conclusio quam intendit ostendere. nec etiam est necessaria ad propositum in communi. quia ⁊ si aliter esset ibi distinctio posset tamen saluari oziqo. Et cum secundo arguitur ꝙ summe actiuum est summe diffusiuũ sui. Responsio. ꝙ veruz est quãtum possibile est aliquid diffundi. Sed oporteret probare ꝙ possibile esset aliq̃id diffundi siue communicari in vnitate nature. Per idem ad tertium de ratione boni. quia oporteret probare ꝙ communicatio eiusdem rei vel nature esset possibilis. quia ad impossibile includens contradictionem non est potentia nec communicatio bonitatis. Simiiliter ad quartum. perfectum est natũ producere summum sibi simile. verum est ita summuz sibi simile sicut potest ꝓduci. oportet igitur probare ꝙ summe sile vniuoce id est in vnitate nature esset producibile.

Tenẽdo igitur quatuoꝛ rõnes primas ⁊ precipue duas primas pro conclusione affirmatiua. q. respondeo ad argumenta in oppositum.

Ad primum negando maiozem. cuz probatur primo per necessarium ex se: ⁊ ex alio. dico ꝙ si idem genus cause importetur per hec duo ex se ⁊ ex alio: verum est ꝙ nihil sic est necessarium ex se ⁊ ex alio. si autem aliud genus cause importetur puta per illud ex se causa formalis. ⁊ per illud ab alio causa effectiua vel productiua non est inconueniẽs idẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

esse necessarium ex se vno modo. ⁊ ab alio modo .cum probatur maior pro syllogismi: dico q̃ necessarium ex se formaliter non potest non esse circũscripto quocunq̃ alio cuius circũscriptio non includit compossibilitatẽ ponendo illõ esse. sed ex se necessariũ formaliter sequitur posse nõ esse circunscripto quocũq̃ alio per impossibile. sicut ex vnoincompossibili posito sequit aliud incompossibile ita de filio. hoc declarat p exẽplũ. philosophi ponentes creaturas necessario ꝓduci habent dicere q̃ ipe haberent entitatem qua formaliter essent necessarie licet in illa entitate dependerent a cã necessario ꝓducente. filius autẽ habz entitatem formaliter necessariam ⁊ eandẽ cum ꝓducente. creatura igit si esset ex se necessaria non posset nõ esse circũscẽpto omni alio cuius circũscriptio nõ implicat contradictionẽ. tamẽ circumscripta causa alia a se per incompossibile possz non esse. filius autem non posset nõ esse circũscripto quocunq̃ alio fm entitatẽ a ꝓducto. quia non potest non esse nisi circumscẽpta ꝑsona ꝓducente ⁊ ꝓducẽs non est aliud fm entitatem a producto. vnde si pater creaturam naturaliter ꝓduceret ⁊ necessario: ꝓduceret eã formaliter necessariam. tamen nõ esset tũc necessaria tanta necessitate quanta est nũc filius necessarius. stat ergo de filio q̃ sit a se formalit necessarius ⁊ tamẽ ab alio procedente cum quo habet eandem entitatem necessariam. Ad secundam. probationem maioris dico: q̃ possibile logicum differt a possibili reali. sicut patet per philosophum. 5°. metaphisice. c. de potentia. possibile logicum est modus compositionis formate ab intellectu illius quod cuius termini non includunt contradictionem. ⁊ ita hoc modo possibilis est hec ꝓpositio deum posse ꝓduci. ⁊ deum esse deum. sed possibile reale est quod accipitur ab aliqua potenᵃ in re sicut a potentia inherente alicui. vl terminata ad illud sicut ad terminum. filius autem nõ est possibilis possibilitate reali nec possibilitate inherente; nec terminata ad ipsum. quia possibilitas si ue actiua siue passiua est ad aliud in natura sicut patet per diffinitionem potẽtie actiue ⁊ passiue. 5° ⁊ 9°. metaphisice. q̃ est principium transmutandi aliõ vel ab alio inquantũ aliud. tamen filius est terminus potentie ꝓductiue que abstrahit a ratione potentie effectiue. ⁊ si illa potentia dicatur simpliciter potentia terminus illius potentie potest dici simpliciter possibile. sed possibilitas illa nõ repugnat formaliter necessario. licz possibilitas de qua philosophi loquuntur ꝺ potentia actiua ⁊ passiua ꝓprie repugnat necessitati ex se. Ad tertiam probationem cũ dicitur ibi est ordo. ergo ꝓtelligitur ꝑma persona non intellecta secunda. Respondeo: q̃ non necessario prima intellectione intelligitur secunda persona cum prima persona si illa ꝑma persona est absoluta. sed non sequit: q̃ cum ꝑma persona intelligitur esse secunda persona intelligatur non esse. sic non sequitur illud animal quod est in homine intelligitur non intellecto rationali. igitur intelligitur non esse rationale.

Cum autem infers mutationem ex terminis oppositis. accipis acsi intelligerẽ ꝓductum non esse quando producens est. abstractionem igitur sine mendacio que est non ꝓsiderando illud a quo fit abstractio commutas in abstractionem mendacez que est considerando illõ nõ esse a quo fit abstractio. Ad quartaz probationem dico: q̃ illa persona non esset in essentia sine productione. habet enim illam per productionem. non sedtur ergo essentia de se non habet ꝑsonã ergo essentia de nõ habente fit habens. sed sequit g̃ essentia de rõe sua nõ hz illã vl ñ icludit illã ꝑsonã. q̃ pz si ꝑsona est.

relatiua probatio. quia tunc est aliquid excepto relatiuo. fm Augᵐ. 7. de trini. c. i. vel. 6. quia relatio nõ est de ratõe absoluti. ipa inquantũ eẽntia habet illã ꝓductionẽ: siue per ꝓductionẽ habet personã in qua subsistit. que tamẽ persona vel ꝓductio nõ est de rõne essentie. non autẽ sequit mutatio ex hoc q̃ aliqd in est alicui quod nõ est de ratõne eius. sed mutatio requirit q̃ aliquid insit alicui cui ꝑius insuit oppositũ qõ nõ habet in ꝓposito. Ad quintã ꝓbationẽ dico q̃ in generatõne in creaturis cõcurrunt due rõnes. s. q̃ ipa ẽ mutatõ ⁊ est producto. vt est mutatio ẽ forma subiecti mutati. vt est productio est termini ꝓducti vt via. Iste rõnes nõ includũt se essentialiter etiã in creaturis. diuersa eni respiciunt ꝑmo. g̃ sine cõtradictõne potest intelligi rõ ꝓductõnis sine rõne mutatõis ⁊ ita generatio transfert ad diuina sub rõne ꝓductõnis licet nõ sub rõne mutationis. Ad 2ᵐ ꝑncipale dico. q̃ nõ sequitur est ab alio. g̃ dependens. cũ ꝓbatur. ꝓcedo q̃ cõ independẽter est nã i ꝓducẽte ⁊ ꝓducto. cũ arguit ex independentia q̃ nõ est ꝑexigentia nego ꝑñam. qz dependẽtia sequit entitatẽ formalem dependent a ab illo a quo dependet. qñ igit habet eandẽ entitatẽ nõ est ibi depẽdentia. põt tñ ibi esse ꝑexigentia si vnũ suppositũ habeat illud ab altero. Ad vltimũ dico q̃ mutatõnes alie a generatione ex rõne sua formali sunt impfecti ores generatõne. quia ex rõne terminorum inductoꝝ impfectoꝝ habẽt maiores impfectõnes q̃ termi generatõis. tñ alie mutatõnes quantũ ad illud qõ presupponũt nõ requirũt tantã impfectionẽ in subiecto quantã requirit generatõ ⁊ hoc vt est mutatio. quia generatio requirit in subiecto entitatẽ in potentia. ⁊ hoc ad esse simplr. alie mutatõnes non

Ad ꝓpositũ applicando dico q̃ generatio nõ transfert ad diuina fm illõ qõ ꝑsupponit generatio puta subiectũ mutabile quod est imperfectõnis. quia vt ẽ mutatio nõ est in diuinis. sed transfert ad diuina inquantũ generatio est ꝓductio sub ratione qua est ꝓductio termi quia terminus eius est pfectior termin aliarũ mutationũ. ⁊ sic bene potest ꝑ generationez accipi essentia tanq̃ termin pfectissimus in diuinis. licet nõ possit ꝑ aliquã aliã mutationẽ accipi aliqs alt terminus aliaꝝ mutationũ. qz hoc concluderet compositionẽ ⁊ impfectionem qz terminus cuiuslibet alteri mutatõis eẽt accñs cõponibile cum subiecto.

Ad questionẽ quaz

tam de numero productionũ patet veritas. qz sunt trñ due ꝓductõnes. hᵒ declaratur ab aliquibus sic. actus notõnales fundant sup actus essentiales. sz tantum sũt duo actus essentiales manẽtes intra qui sunt intelligere ⁊ velle. g̃ tantũ sũt duo actus notõnales qui sũt productiui intra. Confirmat ratio. qz actᵒ notionales fundati sup actus essẽtiales equant eis. ⁊ ideo nõ possunt plurificari actus notionales fundati sup eundez essentialẽ. Et modus ponit iste ⁊ colligitur ex multis dictis sparsim i pluribus locis q̃ tã intellectus q̃ voluntas i quocunq̃ habent esse ꝓpter separationem illius a mã postq̃ habuerit esse in actu suo ꝑmo simplicis intelligentie aut volitionis sũt supra se cõuersiue ⁊ sup actᵒ eoꝝ simplices ⁊ super obiecta eoꝝ ꝑ actus cõuersiuos intelligẽdi ⁊ volendi. Intellectus eni nõ solũ intelligit verũ simplici intelligentia sed etiã intelligẽtia cõuersiua intelligendo se intelligere ⁊ conuertendo se sup obiectũ intellectũ ⁊ sup actũ simplicẽ intelligendi ⁊ super se itelligentẽ per actũ suũ ꝓuersiuũ. qz notitia secunda que est in verbo non solũ scit ⁊ intelligit rem. sed sic scit ⁊ intelligit eam vt sciat se scire ⁊ intelligere eã. silr voluntas nõ solum vult bonũ simplici volitione. sz etiã volitõe cõuersiua volendo se

Universidad de Deusto Biblioteca

velle conuertendo se super obiectuz volitum ⁊ super actum volendi simplicez ⁊ super se volentē per actū suū conuersiuum. sed ista cōuersio partim vno et eodem modo cōuenit intellectui ⁊ volūtati ⁊ partim alio ⁊ alio mō. q̄ eni ambe se cōuertunt: ut sūt nude pure ⁊ sole potentie. hoc vno ⁊ eodē modo ꝓuenit eis quantū est ex pte ipaꝝ se cōuertentiuz. ambe eni se solas cōuertunt sua vi actiua que equalr eis ꝓuenit. sed alio ⁊ alio mō quantū ē ex parte obiectoꝝ ad que se ꝓuertūt. intellectus eni postq̄ est conuersus ad illa ad que cōuersus est se habet vt potentiale quoddam ⁊ puruz potentiale. ⁊ hoc quia intellectus nudus ⁊ purus natus est recipere ab illis sicut ꝑ̄ primum passiuū a suo ꝑ̄ prio actiuo naturali q̄ō est idē intellectus informatus noticia simplici informationē noticie genite. Voluntas aūt postq̄ est conuersa ad illa ad que cōuersa est se habz vt actiuū quoddā. ⁊ hoc vt volūtas nuda ⁊ pura nata exp̄mere ō illis. sicut ꝑ̄ primū actiuū de ꝑ̄ prio passiuo cuiusmodi est eadem volūtas iformata amore simplici amorem quendā incentiuū qui est spūs scūs in diuinis qui habet esse a ꝑducentibus ip̄m nō per informationē eius de quo ē quasi subiectiue nec per aliā imp̄ssionez factā eidē fm modū quo verbū siue filius ꝑcedit a patre per quandā quasi informationē siue impressionē factā intellectui paterno conuerso vt sit sicut noticia declaratiua de noticia simplici. sed quandā quasi excussionē vl' expulsionē aut ꝑgressum: aut magis ꝑ̄ prie loquendo per quandā expressionē ꝑducti ō eodē de quo subiectiue ꝑducitur. Ex parte q̄ intellectus causat actus dicendi a noticia simplici in intellectu nudo conuerso supra se ⁊ supra noticiā suā simplicem: ita q̄ intellectus informatus noticia simplici est principiū actiuū ⁊ elicitiuū act' notionalis intellectus. ipe aūt nudus intellectus cōuersus nō est nisi q̄si p̄ncipiū passiuū de quo quasi de materiali producit verbū quasi per imp̄ssionē. Ex parte aūt volūtatis causat actus notionalis ab ipa volūtate nuda conuersa supra se ⁊ sup amorē suū simplicē ⁊ super ipam volūtatē informatā amore simplici. ita q̄ volūtas nuda cōuersa est principium actiuū ⁊ elicitiuū act' notionalis voluntatis. ipa vero volūtas informata amore simplici est p̄ncipiū quasi passiuū. de quo quasi de mali producit spūs sanct' fm quandā expressionē. Et hinc apparet differentia intellectus vt intellectus. ⁊ intellectus vt natura. quia intellectus vt in patre existens in actu intelligendi suā essentiā quē actu ipa eēntia operat in ipso intellectu suo vt est quasi in potentia ad noticiā essentialē fm rōnez intelligendi fecundus est fecunditate naturali ad ꝑducēdū de seipso sibi simile ad quod est quasi in potentia per hoc q̄ō ē actu sub illa noticia essentia. intellectus eni ut est quedā noticia essētialis fm actum est natura ⁊ principiū actiuū quo pater de eodē intellectu vt est intellect' purus ⁊ tm̄ intellectus vt de puro passiuo format noticiā que est verbuz. q̄ fm rem est eadē noticia cum illa de qua formatur differens solū ab ea inquantum ꝑcedit ab ea vt manifestatiua ⁊ declaratiua ipius. Et per omnē eundē modum debem' intelligere verbum formari in nobis. cognitū eni p̄mo sui simplicē noticiā imp̄mit intellectui nostro repre'ntādo se illi vt pure passiuo: ⁊ sub illa ratione qua est intellectus. Intellectus autem sic pfectus simplici noticia per obiectum cognitū q̄ō in se cōtinet expressiue factus est fecundus ⁊ principiū actiuum vt natura in scip̄m vt intellect' tm̄ et p̄ncipium passiuū ad formandū in se noticiā declaratiuā ō noticia simplici. ⁊ fm hoc qn̄ dicit verbum formari per intellectum. ⁊ q̄ intellectus sit in formatōne eius actiuus hoc intelligit de intellectu actu iformato simplici noticia. per hāc

enim vt per rationem formalem agendi intellectus est principium actiuū. ⁊ necessario prior est ratio eius vt intellectus ē passiuus respectu noticie simplicis quā recipit ab obiecto q̄ ratio eius fm quā est natura ⁊ actiu' per noticiā simplicez iherentē. ⁊ ideo ordine rōnis p̄us habz esse vt est itellectus q̄ vt est natura ⁊ fūdatur actus notionalis quez agit ut natura super actuz essentialē quē patitur vt intellectus. s. super noticiā simplicem obiecti quam recipit vt est nudus.

Ista opinio ponit

tres articulos quos nō credo esse veros

Prim' est q̄ intellectus ut nudus cōuersus supra intellectū formatū noticia simplici formatur ab eo noticia genita.

Hoc ip̄robo sic. intellectus nō ꝓuertitur nisi vt est in aliquo supposito. quia cōuersio ponit actio. ⁊ actōnes sunt sup positoꝝ. Tūc quero cuius suppositi vl' cuius p̄sone est vt ꝓuertit sup intellectū formatū. q: si vt cōuertit est p̄sona filij. ⁊ p̄cedit ista cōuersio generationē verbi q̄ ante generationē verbi sūt due p̄sone. q̄ō est hereticū. Si aūt ut ꝓuertit sup intellectū formatū est ipius patris. tūc arguo sic. cuius est vt conuertit eius est vt noticia genita format. ut ꝑbabo. igitur intellectus vt est patris format noticia genita. q̄ noticia genita ē ipius p̄sone patris. q: cuius p̄sone est intellectus vt formatus eiusdē est noticia qua formatur. Assumptū ꝑbandū ꝑbo sic. cuius ē vt cōuertitur sup intellectū formatū ꝑ obiecto actu p̄sente. q̄ eius est vt ab illo obiecto format. ꝑbatio huius ꝓsequentie. passiuū proportionatū dispositu ⁊ approximatum actiuo sufficienti ꝑportionato natum est immediate perfici ab illo actiuo. p phm. 9. metha'. c. 6. Quoniam autem possibile nē. Tunc eniz est aliquid in potentia prorima quādo nihil oportet addi subtrahi vel minui ꝑ̄ ad hoc q̄ actus insit. Intellectus autem nudus vt conuersus ⁊ habens intellectum formatum vt obiectum presens est passiuum dispositum proportionatum et approximatum intellectui formato vt obiecto sufficienter actiuo. ergo intellectus nudus vt conuersus nulla facta variatione circa ipsum esse subsistentie vel cuiuscunqz entitatis vt sic formatur noticia genita. ⁊ sic probatur prima consequentia. Hic posset poni vna respōsio q̄ intellectus nudus per hoc q̄ de seipso actualiter formatur illa noticia siue ex hoc q̄ est quasi materia informata noticia genita habet esse in p̄sona genita. Sed contra istam responsionē sunt duo argumenta prima que ponentur distinctione. 5ª. questiōe vltima cōtra opi. de quasi materia. que ibi specialiter improbabitur. Secundus articulus est q̄ intellectus informatus noticia actuali essētiali est principiū actiuuz ⁊ elicitiuū noticie genite. Hoc improbo sic. verbum non gignitur ab intelligētia sed a memoria. fm Augm. 15°. de trini. ca°. 7°. vel. 15. ergo licet in patre concurrant memoria intelligentia ⁊ voluntas pater non gignet verbum formaliter intelligentia vt quo. sed memoria. vt autē habet noticiam actualem quasi elicitaz ⁊ vt actum primum est in actu intelligētie. cuius est omne intelligere actuale. ergo vt sic non gignet verbum: sed vt est in actu memorie id est vt habet obiectū intelligibile presens intellectui suo. in hō enim intelligitur actus primus quasi p̄cedens actum secundum qui est actu intelligere. Secundo sic. productō magis cōuenit actui primo vt principio ꝑductiuo q̄ actui secundo. quia operatōnes pfecte de ratione sui sūt fines ⁊ non sunt gra alioꝝ finiū. q̄ intellectio vt est operatio patris nō est ratio formalis ꝑductiua alicuius termini. sed tm̄ actus p̄mus cuius virtute elicit illa opatio crit

principiū ꝓductiuū. 3° sic. si intellectio patris actualis ē ratio formalis producendi verbū: adhuc obiectū vt presēs intellectui pris vt habenti rationem memorie erit pncipiū prius productiuū noticie genitequia in nobis apparet q̃ illo est natū immediatius gignere q̃ actus i telligendi. ergo aliquod verbū ꝑus erit genitū a patre vt a memoria q̃ vt ab ipsa intelligentia noscente. Preterea. verbum est illius imediatius verbū a quo immediatius exprimit. g̃ si rō elicitiua verbi sit actualis noticia vt in intellectu patris formato. sequit q̃ verbū sit imediatius verbū intellectionis patris q̃ essentie patris. quod videt inconueniens: quia tūc esset aliud ꝑus verbū quod eēt declaratiuū essentie patris immediate.

nō est aūt in actu per ipam nisi inq̄tuz
est in ipo. nō est aūt in ipo nisi ut ē hoc
ergo vt est hoc est principiū. Itē quin
to: productio p prius est distinctiua q̄
assimilatiua. quod patet: quia omnis p
ductio est distinctiua: nō autez omnis est
assimilatiua. ergo forma que est princi
pium ꝓductionis prius est principiuz
eius inquantū forma est distinctiua q̄
inquantū est assimilatiua. ipa aūt est di
stinctiua inquantū hec assimilatiua in
quantū forma. ergo prius est ꝓncipiū p
ductiuū inquantū hec q̄ inquantū for
ma. Item instatur cōtra ꝓbationem
argumenti positōis: tum quia brutum
generans brutū assimilatur ei in specie
⁊ tn̄ forma specifica bruti nō est princi
pium generādi sed potētia vegetatiua.
igit maior videt esse falsa. tum qz in au
gmentatione carnis calor est principiū
actiuū fm phum. 2. de anima: ⁊ tn̄ illo
generatur caro animata similis generā
ti in forma vegetatiue.

Aliter dicitur q̄ ge

nerationis in diuinis oportet dare ali
quod principiū positiuū: quia actio est
positiua. nō sunt aūt positiua i diuinis
personis nisi essentia ⁊ relatio. rel'o aūt

Universidad de Deusto Biblioteca

nō potest esse principiū illius pductōis quia relatio non est principiū nec termi nus motus ex. 5. physicorꝫ. ergo ēntia sed essentia fm se cōsiderata est indeter minata ad plures personas ⁊ ad actio nes plurium personarū. ergo oportꝫ q̄ ad hoc q̄ ipa sit principiū determinate actionis q̄ determinet. determinat aūt per relatiōem: ⁊ ideo relatio ponit prin cipium nō elicitiuū sed determinatiuū.

Ad hoc etiam adducit cōfirmatio ex creaturis vbi eadem forma dat actū pri mum ⁊ secūdū: sed determinat ad hūc ⁊ illum ex diuersis respectibus: quia ad primū determinatur ex respectu ad sub iectum: ⁊ ad secundū ex respectu ad ob iectum. Cōtra: indeterminatio est du plex. Quedā est potentie passiue: ut in determinatio materie: ⁊ quedā potētie actiue illimitate ad plures effectus. Ex emplū: sicut sol ē indeterminatus ad p ducendū multa animalia: nō q̄ aliquā formaꝫ recipiat ut agat: sed quia habet virtutem productiuā illimitatā. quod aūt est indeterminatū indeterminatiōe materie oportet q̄ recipiat aliquam for mam ad hoc ut agat: quia nō ē in actu sufficiente ad agendū: sed quod est inde terminatuꝫ indeterminatione potentie actiue est ex se sufficienter determinatū ad producendū quencunqꝫ istoruꝫ effe ctuum: ⁊ hoc si passuꝫ dispositū sit ap proximatum vbi requirit passuꝫ: uel ex seipso vbi nō requirit passum. pbatio: si tale actiuū esset de se determinatū ad vnū effectum posset de se sufficienter p ducere illum. sed si est indeterminatum ad hoc ⁊ ad illud ex tali illimitatōe nul la tollitur pfectio causalitatis eius respe ctu talis effectus: sed tm causalitas addi tur respectu alterius. igit ita potest pro ducere istud sicut si esset tm istius: ⁊ ita nō requiritur aliquod determinās. ad propositū: essentia diuina nō est princi pium indeterminatū indeterminatōne materie. igitur sine determinatione alte rius quasi p̄ncipū actiui erit simpliciter determinatū determinatiōe que requi ritur ad agendū: ita q̄ nō requiritur ali quid aliud. Cōfirmatur: quia talis in determinatio principū actiui licet sit ad disparata: nō tamen est ad cōtradicto ria: sed determinate ad alterā partem cō tradictionis respectu cuiuslibet istoruꝫ disparatoruꝫ. nulla aūt indeterminatio prohibet ex se determinate agere nisi q̄ aliquo modo eēt ad ꝓtradictoria ut ad agere ⁊ nō agere. ergo ⁊c. Item sed: quando aliquod principiū actiuū est in determinatū ad aliquos duos effectus: nō ex equo sed fm ordinem naturalē ex se sufficiēter determinatū est ad primuꝫ illoruꝫ ⁊ posito p̄mo ad secundū. ēntia aūt diuina nō est indeiminata ad istas duas pductiones ex equo. sed per primū se habet ad generatiōem. igitur est ex se sufficienter determinata ad vtrunq; ex se p̄mo ordine originis ad primā: ⁊ il la posita est determinata ad secundā: et ita in nullo signo originis est indetermi nata ad vtrunq; quasi tūc eliciendam.

Item tertio: relatio ē ratio suppositi agentis. igitur si est determinatiua prin cipū quo: habebit duplicem ratōem p̄n cipū respectu generatiōis. vnam inquā tum est ratio agētis: ⁊ aliam inquantū est ratio determinatiua p̄ncipū agendi ⁊ sic ipa mediabit inter seipam ⁊ actio nem. Item ārto sic: natura ut natura ponitur principiū elicitiuum istius actio nis. ipa aūt ut natura nō est determina bilis: fm Damā. li. iij. ca. vj. proprietates determinat hypostases nō naturam ut natura. igitur nullū est determinatiuū principū quo ut ē principiū quo sed tm principū agentis. Item quinto: relatio fm istum magistrū tm ratiōe differt a fundamento. ergo nō potest esse princi pium determinatiuū ad actū realis ali quo modo distinctū ab ēntia: cū nihil cōcurrit ad ratiōem alicuius principū respectu actiōis realis: nisi reale. Item

sermo: quod dicit de relatiōe determina tiua in creaturis videt esse falsum: quia calor ex se nō per aliquez respectū medi um est fundamentū huius respectus po tentie calefactiue. nō oportet etiaꝫ q̄ de terminatio ad actum primū ⁊ secundū fiat p respectus: quia eadem forma ab soluta dat actum primū absolutum et nō respectiuū: ⁊ principiū agendi est ab solutum ⁊ nō respectiuū.

Ad qōem igit rndeo distin guēdo de potētia

Uno modo dicit potētia logica que di cit modum ꝓpositionis facte ab intelle ctu: ⁊ ista notat non repugnantiā extre morū de qua dicit pho. v. metaph. c. de potentia: Illud ē possibile cuius cōtra riam nō est de necessitate verū. ⁊ si hoc modo queraf de potētia generādi in di uinis: dico q̄ ipa est possibilis compan do generatiōem ad quencunqꝫ actū nō repugnantem generatiōi: ⁊ tūc possibi litas est patris uel dei ad hoc p̄dicatuꝫ quod ē generare: quia isti termini nō re pugnant. impossibilitas aūt est q̄ filius uel spiritus sanctus generēt: quia isti ter mini repugnant. Et si querit quid est potētia generādi in diuinis isto modo: nō oportet dare aliquod principiū quo aliquis sit potens generare. sufficit eniꝫ sola nō repugnantia terminoꝝ: sicut si ante mundi creatiōem mūdus nō solū nō fuisset: sed p impossibile deus nō fu isset ⁊ incepisset a se esse ⁊ tūc fuisset po tens creare mundū si fuisset intellectus aliquis ante mūdi creatiōem cōponens hanc: mūdus erit: hec fuisset possibilis quia termini nō repugnarent. nō tamē propter aliquod principiū in re possibi li ad actiuuꝫ sibi corrīdens: nec etiam modo illa mūdus erit fuit possibilis for maliter loquendo ō potētia dei. sed po tentia que erat nō repugnantia istoruꝫ terminoruꝫ: quia isti termini non repug narent lꝫ ista nō repugnantiā concomi taretur potentia actiua respectu huius possibilis Alio mō dicitur potētia di uisa cōtra actum. ista nō est in deo. Re linquitur igit potentia realis que dicit principiū agendi ul patiendi ut p̄primū fundamentū relationum: quia hoc no men potētia nō est abstractuꝫ vltimata abstractiōe: sed est concretuꝫ concretiōe ad fundamentū: lꝫ nō ꝓcretione ad sub iectum. de qua multiplici abstractione in relatiuis dictū est supra distin. v. que stione p̄ma articulo 2°. Dic aūt tantū modo querit de potētia agendi: ⁊ tunc distinguitur q̄ hoc nomē potentia pōt sumi uel pro eo qō per se significat: uel pro eo quod cōnotat quod est p̄primuꝫ fundamentū talis relatōis. Primo mo do accipiendo dico q̄ potētia significat relatiōem sicut potentialitas uel principi atio: ⁊ hoc modo questio nō habꝫ diffi cultatem: quia potētia generandi in di uinis dicit ēntialiter relationem. Se cundo mō est difficultas questiōis que rendo quid sit illud absolutū quod est fundamentū proximū istius relationis ⁊ tūc loquendo semp precise de potētia actiua siue productiua de qua ē modo sermo: distinguo vlterius de potentia de nominatiue sumpta: q̄ aliquādo sumi tur pro suo fundamēto precise: aliquan do aūt pro ipo cum omnibus alijs que concurrūt ad hoc ut possit elicere actū que scilicet requirunt ad ratōem poten tie propinque: cuiusmōi sunt in creatu ris approximatio passi ⁊ impedimenti remotio. Ista distinctio vltima potētie accepte pro fundamēto precise uel pro ipo cum alijs omnibus concurrentibus accipitur a pho. ix. metaphy. diffinitio autē potentie actiue quā ponit. v. ⁊. ix. metaphy. est potentie actiue primo mo do sumpte. potentiam aūt secūdo mo do sumptam exprimit ipe manifeste. 9. metaph. ca. 4. Quoniam inquit aliq̄d possibile ⁊ quando ⁊ quō ⁊ quecunqꝫ alia necesse est adesse in diffinitione: et subdit: Tales potētias. s. irrōnales nece

est ut possint quando passiuus ⁊ actiuū appropinqua ut hoc quidem facer illō vero pati. Et si obijciat ꝓtra eum q̃ iste irratiōales possint impediri. hoc excludendo dicit: nullo nanq̃ exteriorum ꝓhibente adiungere nihil ad hoc oportet. potentiam enim habet ut est potenᵃ faciendi. est aūt nō omnino: sed habentium aliquo modo: in quibus excludunt que exterius ꝓhibent. remouent. n. hec eorum que in determinatōne apponuntur quedā. vult dicere q̃ quedaq̃ pertinentia ad diffinitōnem potentie actie ⁊ possibilis excludunt impedimentum ergo potentia actiua ibi fm eum accipitur cum omnibus ꝓcurrentibus ad possibilitatem propinquam agendi.

Loquēdo tunc de

potentia. i. de proximo fundamento istius relatiōis precise sumpto. dico q̃ poᵃ generandi patris nō est relatio: ſz aliq̃d absolutum. Partem negatiuam ꝓbo. primo: q̃a omnis relatio videt eque nāliter respicere suuz ꝓpriū correlatiuū ergo relatio spirantis suum proprium correlatiuum sicut relatio generantis suum. non distinguuntur autem in diuis productōnes per modum nature et uoluntatis: nisi quia ꝑncipium a quo producens producit aliter ⁊ aliter se habet ad ꝓductionem ⁊ ꝓductum: quia hec naturaliter hec liber. ergo non eēnt tūc due ꝓductiones formaliter distincte p modum nature ⁊ voluntatis. Secundo: quia tunc eadem relatio esset ꝑncipium sui ipsius: quia in patre non est nisi vnica relatio ad filium. ⁊ illa est per te quo respectu generatōnis: que. ſ. generatō est eadem relatio licet aliter nominata. ergo nē. 3° quia tunc paternitas eēt simplr perfectior filiatōne. ꝓbatio consequentie duplr. Primo quia illud q̃ ꝓducens producit si non est eiusdem rationis cum ꝓducti forma: continet eam virtualiter: ⁊ est perfectior ea. ergo si paternitas est quo pater agit: ⁊ nō est eiusdem ratōnis cum filiatōne continet filiationem virtualiter ⁊ est perfectior ea.

2°: quia filiatio non dat filio q̃ agat nihil enim nec ad intra nec ad extra ducit filius filiatōe. ergo si pater paternitate agit formaliter paternitas erit aliquid perfectius filiatōe. Partem affirmatiuam solutionis ꝓbo. primo sic. quod est perfectōnis in ꝑncipio productiuo non tollit ab illo ratōnem ꝑncipij ꝓductiui. sed cōmunicare se in identitate numerali ⁊ adequata cōmunicatōne sibi: ponit perfectōnem in ꝑncipio ꝓductiuo. ergo b° non tollit ab aliq̃ ratōne ꝑncipij ꝓductiui. sed si deus per ipsibile generaret alium deum ⁊ ille alius 3ᵐ deitas poneretur ꝑncipium productiuum alterius ⁊ non relatio. ⁊ tūc deitas non communicaret se identitate numerali. nec cōmunicaret se cōmunicatōne adequata sibi in ratōne ꝑncipij ꝓductiui: quia deitas posset esse principium alterius communicatōnis: puta facte p impossibile a secundo deo. ergo cū modo deitas communicetur in identitate numerali ⁊ communicatōne adequata sibi: ita q̃ deitate non poteſt esse alia cōmunicatio numero eiusdem ratōnis cū ista. sequitur q̃ multo magis modo ponetur absolutum esse principium ꝓductiuum q̃ tunc poneretur. Exemplum istius est si calor in igne communicaret se eundez numero ligno ⁊ communicatōne adequata. ita q̃ iste calor non posset esse principium alterius calefactōis non negaretur calorē ignis esse principium productiuum caloris in ligno cum modo de facto ponatur calor esse principium illius. ⁊ hoc cum duplici imperfectōne opposita duplici perfectōni hic sumpte: quia nunc est ibi diuersitas calorīs communicati: ⁊ communicatio ē est adequata. hic autem esset identitas calorī: et communicatio adequata: ⁊ nō illa hypostasi posita lignum calor nō

posset calefacere. non enim sic: quia accipit calorem calefactione que est ab hoc calore: ⁊ tunc prius haberet calorem q̃ haberet calorem. nec aliud: quia ista calefactio ligni ponitur adequata illi calori in ratōe principij actiui. Ita intelligendum est in ꝓposito q̃ illud quod poneretur esse principium alterius communicationis: si communicatio fieret in diuersitate numerali et non adequata illud idem debet modo poni principium quando fit communicatio eiusdem ⁊ adequata ꝑncipio productiuo.

Secūdo probo idem sic: aliquid absolutum ē terminus formalis generatōis ergo aliquid absolutū est ratio formalis qua agens agit. ancedens probatū ē diffinctione. 5. qōne. 2. prima ratiōe ꝓtra primā opinionem. probo cōsequentiā: quia impossibile est agens cōmunicare terminū formalē productiōis nisi agat forma eque perfecta si agit vniuoce uel perfectior si equiuoce. in diuinis autez nihil est perfectius absoluto: quia absolutum est formalis infinitū: relatio aūt nō ergo nē. Huic ratiōi instatur q̃ cōsequentia tñ valet in generatōe vniuoca. hec aūt probatur eē equiuoca. tum ex parte personarū. tum ex productiōibus: tum ex ratiōe differentie specifice.

Prima via sic: ꝑsonitas ⁊ filiatio differunt specie. ergo persone cōstitute p eas antecedens probatur: quia differūt fm quidditates: ⁊ talis est differētia specifica. tum quia sunt puri actus: differētia aūt actus ⁊ forme est specifica. ꝓsequentia probat primo: quia nō maior distinctio ē in principiis q̃ principiatis. Secundo: quia eadem est differētia formalium constituentiū ⁊ cōstituto. Tertio: quia eadem est differentia corū fm que ꝑcise aliqua differūt ⁊ ipoz: differentium. Quarto: quia sunt idē essentie diuine sicut persone. igit ꝓpter istud nō negabitur differētia specifica personarum sicut nec relationum. Secūda via de productiōibus arguitur sic: si ꝓductiones differūt specie: ergo ⁊ producta. antecedēs patet: quia in diuinis nō est productio vniuoca nisi vnius rationis. cōsequentia probat: tum quia alit nō esset proportio productionū ad producta. tum secūdo: quia productiones sunt eiusdem rationis cum productis. tum tertio: quia potētie alterius rōnis requirūt obiecta alterius ratiōis. ergo si producerēt sua obiecta producerēt ea alterius ratiōis. ergo sicut intellectus ⁊ volūtas presupponunt bonū ⁊ verum formaliter distincta: ita ꝓducerent terminos formaliter distinctos vel erunt quibus termini sic distincti ꝓducunt.

Tertia via de differentia specifica arguitur sic: differentia specifica videtur esse perfectior q̃ differentia numeralis quod probat: quia distinctio specierum est de perfectōe vniuersi: nō aūt distinctio indiuiduorū. ergo differētia specifica sicut perfectior videt esse ponēda in diuinis. Ad ista: siue generatio ponat equiuoca siue vniuoca: ratio nō infringitur: quia in equiuoca generatōe oportet principiū productiuū esse perfectius forma terminante. nihil aūt in deo est perfectius absoluto: ⁊ specialiter nulla relatio perfectior. absurdissimū enim videtur dicere q̃ relatio cōtineat virtualiter essentiā diuinam: conclusio tamen ad quam inducūt iste relationes scilicet de generatiōe equiuoca videtur esse falsa: quia cum in ꝑmo termino generationis scilicet in ipo producto cōcurrant duo scilicet natura ⁊ relatio ꝓpria ipsius producti qua ē hec. aut generatio dicitur equoca uel vniuoca a termino formali generatiōis: aut a formali ꝓprio ipi supposito ꝓducto. Si ꝑmo modo cum natura que ē termin' formalis huius productiōis sit eadem in ꝓducente ⁊ producto: sequitur vniuocatio: quia pfectissima similitudo. Si secūdo modo: ergo nulla generatio est vniuoca q:

nullum genitū in sua forma indiuidua li assimilat gignenti. Hoc etiam argui tur alio modo ⁊ est idem quasi: quia ge neratio ⁊ est distinctiua ⁊ est assimilati ua. perfectior aūt ratio in ea ē q̄ sit assi milatiua q̄ distinctiua. quod apparet: quia sic est a forma sub ratione forme: non sub ratione qua hec: ⁊ ratio forme est perfectior in supposito ista differen tia indiuidualī. si enim perfectius est in generatiōe ipam esse assimulatiuam. er go fm hec generatio dicitur esse vniuo ca uel equiuoca. Si enim diceret talis uel talis inquantū est distinctiua queli bet esset equiuoca: quia quelibet distin guit: ⁊ hec est imperfectiō ratio in gene ratione: quia ꝓuenit imperfectissime ge nerationi. ergo per hanc non distingui tur vniuoca ab equiuoca. ergo ad pro positum cuz generatio sit assimilatiua quatenus eadem natura cōmunicatur distinctiua quatenus est geniti distincti a generante distincto sequitur q̄ penes naturam gignentis ⁊ geniti sit vniuoca tio ⁊ nō penes distinctiōem eorum scili cet gignentis ⁊ geniti. Tertio applica tur ad propositū: quia si ille due differentie indiuiduales que sunt primo di uerse constituūt producta nō primo di uersa sed inter que est generatio vniuo ca propī similitudinem in natura si iste differētie indiuiduales essent species al terius generis adhuc nō constituerēt di stincta tanta distinctiōe quanta esset ea rum in suo genere: quia tūc differentie indiuiduales cōstituerent primo diuer sa. Q̄ aūt constituta modo nō sunt pri mo diuersa: hoc est ꝓpter naturam in qua natura indiuidua ꝓueniunt. ita eti am tunc cōuenirent in eadem natura li cet differētie constituentes essent species alterius generis. igitur tunc constituta essent eiusdem speciei sicut modo.

Ad argumenta igi

tur in oppositū. Ad primū dicendum q̄ nō est ibi ꝓprie genus nec species nec differentia specifica. sed bene cōcedo q̄ paternitas ⁊ filiatio sunt relatōes alteri us speciei ⁊ alterius rationis: quia sunt opposite ⁊ nō fundate supra vnitatem immediate sicut similitudo uel equali tas. magis etiā distinguitur paternitas a filiatione q̄ paternitas a paternitate. Sed cum infers: ergo cōstituta sunt al terius rationis qualī specifice. nego con sequentiā. Et propter probatiōem cō sequentie notandū est q̄ aliqua dicunt aliquando magis distingui propter eo rum minorem cōuenientiam in aliquo genere: aliqua propī maiorem repugnā tiam vel incōpossibilitatem eorū: sicut contraria magis dicuntur distingui ut album ⁊ nigrum: q̄ disparata: ut hō et album. sed hoc modo nō est propie di ctum aliqua magis distingui. plus enim propie distinguunt que minus cōueni unt in aliquo genere: ⁊ ita distincta ge nere generalissimo plus distinguuntur q̄ contraria que sunt eiusdem generis. Iz contraria magī repugnent. vnde vni uersaliter quanta est distinctio. i. repug nantia constituentiū uel formaliter di stinguentium tanta est ⁊ constituentū: quia si albū ⁊ nigrum sunt incompossi bilia: ⁊ ꝓstituta per ea sunt incompossi bilia: ⁊ ita est in proposito. quanta enim est incōpossibilitas paternitatis ⁊ filia tionis propter quaz paternitas nō est fi liatio: tanta est ⁊ patris ⁊ filij ita q̄ pa ter nō est filius. Sed ꝑmo modo accipi endo nunq̄ distinguentia cōueniunt ta tum quantum cōueniūt que per illa di stinguuntur: sicut pater per omnia oppo nuentia discurrendo. differētie enim spe cifice nō includunt genus in quo conue ueniant. species aūt distincte per eas in cludunt genus in quo cōueniunt. ⁊ ra tio est: quia distinguentia aliquid po ſ supponunt in ipis distinctis quod ipa distinguentia nō includunt in suo intel

lectu distincta tm̄ per ea includūt illud. ideo distincta conueniunt in illo: distin guentia aūt ea non conueniunt in illo. Et per hoc patet ad argumenta ⁊ ad ꝓ bationes cum dicit de principijs ⁊ prin cipiatis. Dico q̄ maior distinctio. i. ma ior nō conuenientia hoc est in pauciori bus cōuenientia potest esse principiorū q̄ principiatorū: sicut differentie specifi ce que sunt principia specierū nō conue niant in genere in quo conueniunt ipe species. ⁊ ita etiā est de differentijs indi uidualibus ⁊ indiuiduis respectu natu re specifice. Per idez apparet ad illud de formalibus cōstitutiuis ⁊ de ꝑciſe di stinctis. in omnibus enim est falsum q̄ quanta est distinctio uel differentia for malium constituentiū tanta sit differen tia constitutorū. Sed adhuc pondero argumentū: quia iste relationes in pro posito sunt subsistentes. igitur tantam differentiā habent inquantū subsisten tes quantā habent in ratiōibus ꝓprijs subsistentes aūt sunt persone. igitur tan tam differentiā habēt persone quantā habent relationes. Et preterea aliqua differētia formali differūt persone ⁊ nō nisi differentia illa que est relationum: quia nullam aliā habent q̄ istam que ē relationum. ista autē que est relationuz ē specifica. ergo ista erit specifica ul' nul la. Ad ista respondeo ad primā q̄ licz relatiōes sint subsistentes: tamē persone nō tm̄ includunt relatiōes sed ipam na turam in qua subsistūt. relationes autē nō includunt formaliter ipam naturā. in aliquo igitur formaliter conueniunt persone in quo nō conueniūt relatiōes formaliter: ⁊ ideo hic nō est tāta distin ctio sicut ibi. Ad secundū dico q̄ non sequitur istis ꝑciſe persone distinguunt ⁊ ista distinguunt specie. ergo psone di stinguuntur specie. sicut nec de differen tijs indiuidualibus respectu indiuiduo rum. Et cum dicis: tunc nulla erit diffe rentia distinctorū cum nō sit illorum il la que est distincto ꝓ nec aliqua alia per illa. Dico q̄ per ista potest cē distinctio distinctorū ⁊ aliqua alia q̄ sit illa distin ctiuorum uel distinguentiū ⁊ minor: si cut per differentias indiuiduales est ali qua distinctio ipsorū indiuiduorū alia q̄ ipsarum differentiarū: quia differen tie sunt ꝑmo diuerse: sed distincta non sunt ꝑmo diuersa sed tm̄ sunt distincta numero in eadem specie. ita hic in pro posito per relatiōes distinctas in specie uel quasi genere quibus tamen inquan tum sunt distincte accidit distingui spe cie possunt alia distingui psonaliter tm̄ in eadem specie siue in eadem natura.

Ad secundā viam de productionibus nego consequentiā: quia hic ex perfecti one istō nature possunt esse aliqua ꝑn cipia propria alterius rationis cōmuni catiua tamen ipius essentie: quod non cōtingit in aliqua natura imperfecta: et propter distinctionem istorū principio rum formalium possunt esse productio nes alterius rationis: ⁊ tamen ꝓducta vnius rationis propī vnitatem termini formalis: scilicet nature que cōmunica tur. Cum probatur illa cōsequentia pri ma per proportiōem. Dico q̄ ꝓportio illa productionis ad terminū formalez est q̄ per ipam cōmunicatur terminus formalis: sed nō requiritur talis ꝓpor tio q̄ productio sit vnius ratiōis si ter minus formalis sit vnius ratiōis: quia productiōes possunt distingui per rati ones suas formales aliter q̄ ex iminis formalibus: sicut ꝗ ex principijs forma libus. Exempluz huius est: quia quan doqz forma eadem potest acquiri mu tationibus alterius ratiōis: sicut idem vbi per motū localez super magnitudi nem rectā ⁊ circularem: qui motus ita sunt alterius ratiōis q̄ nō sunt compa biles fm phum. 7. physicorū. ita esset si eadem sanitas posset induci immedia te ab arte ⁊ immediate a natura. Cū probatur illa cōsequentia 2° per hoc q̄

Universidad de Deusto Biblioteca

productiões sunt eiusdem ratiõis cum pductis. Dico q̃ q̃ ad hoc sunt eiusdem ratiõis: quia sicut pductiones sunt relationes: ita pducta sunt relatiua. sed producta sunt subsistẽtia in aliqua vna natura: ⁊ pductiões formaliẽ nõ sunt suppositа subsistentia in illa natura: iõ producta pñt habere vnitatem aliquã in natura formaliter cõmunicata eis p pductiones quam nõ habent formaliẽ productiones. Cũ arguit tertio de potentiarum distinctõe ⁊ obiectorũ distinctorum q̃ similis est distinctio obiectorũ ad potentias: patuit rñsio dist. 2ª. qõne 4ª: Utrũ in diuinis sint tm̃ due productiones ⁊c. De tertia via. s. de perfectione differẽtie specifice: dico q̃ differẽtia specifica nõ est perfectior identitate specifica in diuinis: sed in creaturis est perfectionis. posita enim limitatiõe creaturarum nõ potest esse tota pfectio in creaturis absq̃ distinctione specifica. sed si in aliqua vna natura eẽt perfectio infinita ibi distinctio specifica non requireretur ad perfectõem simpliciter. in creaturis igitur differẽtia specifica est perfectio supplens imperfectiõem. in diuinis aũt vni vna natura ẽ simplicit perfecta nõ oportet ponere talem perfectionem supplentẽ imperfectõem: quia nulla est ibi imperfectio que suppleat. Exemplũ generatio in creaturis est perfectio supplens imperfectõem in corruptibilibus que sine generatiõe nõ possent cõseruari nec idem numeraliẽ nec idem specie. in diuinis aũt nõ oportet ponere talẽ perfectionem supplentem imperfectionem aliquam que sit ibi nec in aliquo eiusdem.

Ad formam autem

quæstionis qua quærit de potentia generandi an sit aliquid absolutũ respõdeo gerundiuũ construccũ cum potẽtia notat actum ut egredientem ab eodẽ supposito cui attribuit potentia. similiẽ est de scientia ⁊ voluntate quando cõstruuntur cum gerũdiuo notant actum ut egredientem uel potentes egredi ab illo supposito cui attribuit scientia uel voluntas: propter quod nõ ita cõcederetur istum filius habet scientiã uel voluntatẽ generandi: quomõ concederẽt illa: filius scit generare ⁊ vult generare: qr idẽ videt vel vidẽt ille negãde sicut iste: filius scit generare ⁊ vult generare: qr idẽ videt vel le agere ⁊ habere voluntatẽ agendi. sed nõ idem istis videt esse velle actionem quia hec nõ includit eam velle ut actionem voluntatis quod alia videntur significare.

Ad argumenta pri

mo ad ꝓncipalia. Primo ad auctoritatem dico q̃ intelligit eo formaliẽ non eo fundamentaliter seu causaliẽ. Exemplũ dicimus q̃ sortes est similis filiudine formaliter: sed dicit similiẽ albedine fundamentaliter seu causaliter. ita in ꝓposito pater generat generatõe formaliter. sed hoc modo nõ querimus hic quo genitor sed querim' ꝗ quo generato elicitur ut principio formali eliciuo qõ. s. sit fundamentum proximũ istius relationis intendit igit Augustin' q̃ eo est pater quo est ei filius. i. illa notiõe hoc est q̃ pater nõ dicitur ad se pater sed ad filium. nõ aũt intelligit ibi quo pr̃ sit pater siue generet ut principio eliciuo generationis sicut pater ibi ex lra sua. Ad secundũ dico q̃ duplex potest intelligi cõmunicabilitas forme: Una que ẽ vniuersalis que ẽ per identitatẽ ad multa inferiora quorũ quodlibet est ipsuꝫ sicut vniuersale cõmunicatur singularibus. Alia q̃ est ad multa quorũ quodlibet est ipso: sicut forma cõmunicatur materie fz nõ est ipsum: sicut dictũ est de duplici communicatiõe forme distinctiõe 2ª questione 4ª. tunc dico q̃ a forma cõmuni ꝑmo modo est opatio ꝑmunis: qr si formam aliquã in vniuersali acceptã consequatur aliqua opatio in vli: quãliba formam singularẽ sb̃ illa consequit opatio singularis eiusdem ratõnis nisi aliq̃ forma singularis sit impfecta. si autẽ loquamur de 2ª cõmunitate que ẽ forme respectu participantiũ ipam: dico q̃ nõ oportet q̃ forma cõmunis sit ꝓncipium opationis ꝑmunis. ⁊ maxime qñ habet a pluribus suppositis fm ordinez. ita q̃ vni cõmunicat ab alio ⁊ hoc ꝑmunicationẽ adequata. sicut fuit declaratũ in exemplo adducto in ꝓma rõne ad partem affirmatiuã questionis. Ad ꝓpositũ dico q̃ maior ẽ falsa. operatio ꝓpria est a forma ꝓpria loquẽdo de appropriatõne sccõ modo qualis est appropriatio ita vel saltẽ nõ alia potest intelligi in ꝓposito. Et cum pbatur ꝓma ꝓpositõ ꝓmo. quia propria forma dat esse. g̃ dat agere. nego ꝓntiam. multe. n. sũt forme dantes esse que nõ sunt actiue. ⁊ ita nullo modo dant actum 2ᵐ. ⁊ talis est paternitas sicut ⁊ filiatio. Que autẽ sit ratio quare quedam forme sũt actiue: ⁊ quedam non difficile est assignare rationez cõmunem. quia aliqe forme sbstantiales sunt actiue ⁊ aliqe qualitates sunt actiue. aliqe aũt forme sbstantiales nõ sũt actiue. ⁊ aliqe qualitates non sunt actiue: ⁊ tamẽ plus conueniũt qualitates ⁊ qualitates in aliquo cõcepto cõmuni ꝗ qualitates ⁊ sbstantie. Similiter aliq̃ forme sbstantiales impfectiores sũt actiue sicut elementares: ⁊ perfectiores non sũt actiue sicut mixtorũ sicut forma lapidis ⁊ aliorũ ianimatorũ. aliqe etiã mixtorum perfectorũ sũt cõmunicatiue sicut animatorũ. aliqe tamẽ pfectiores non sũt cõmunicatiue sui sicut forme corꝑm celestium ⁊ forme angelice. non igit videtur ratio quare aliqe forme in cõmuni sũt actiue ⁊ aliqe non. sicut in speciali nõ videtur aliqua ratio quare calor est calefactiu' nisi quia calor est calor. ⁊ ita videtur q̃ hec sit immediata calor ẽ caloris effectiuus. ita etiam videt q̃ oñes forme de genere quantitatis ⁊ omẽs relationes de quibus est modo sermo nõ sũt actiue ⁊ de omibus talibus nõ valz si dant actum ꝓmum ergo ⁊ 2ᵐ. Luꝫ pbatur 2° ꝓñtia per phm 2° phycorꝫ ⁊. 5°. metha^c. dico q̃ loquit de vniuersali ⁊ pticulari loquendo ꝓmo modo de cõmuni. non aũt accipiendo 2° modo. s. ꝓ ut eadem forma numero est cõmunis. pticipantibus eam. ista. n. cõmunitas ñ est in creaturis nec cõmunitas vniuersalis ad pticipantia sine cõmunitate vniuersalis ꝓmo mõ dicta. Ad 3ᵐ cũ arguitur de medio ⁊ extremis: dico q̃ q̃dam est medium p participationẽ vtriusq̃ extremi sicut fuscuꝫ quod ẽ mediũ inter albũ ⁊ nigꝫ quod est mediũ ex natura rei. ⁊ de tali verum ẽ quod est in eodem genere cũ extremis. sicut pbat phs ꝛ°. metha^c. aliud est mediũ aliquo alio modo accẽtaliter sumptum sicut operatio inter opans ⁊ terminum. istud non oportet esse eiusdem generis cum extremis. quia quãdo anima intelligit se: intellectio eius est qualitas ⁊ tamẽ opans ⁊ obiectũ sunt sbstantie. tale aũt mediũ accipitur in ꝓposito vz ipum quo inter suppositũ generans ⁊ generatũ. Vel potest dici q̃ ipm quo non est medium ꝓprie. sed tenet se ex parte alterius extremi. s. generantis. ꝓprium aũt mediuꝫ si qd̃ detur põt dici generatio ⁊ de illa verum ẽ q̃ est eiusdem ratõis cũ extremis qr ipa ẽ relatio sicut extrema sũt relatia

Ad 4ᵐ de potentia ⁊ actu dico q̃ ecq̃ uocatur de potentia. vera ẽ. n. maior vt potentia ẽ differentia entis ꝑdiuidẽs ens ꝓtra actũ. qr sic ens in cõmuni non tãtũ diuidit p actũ ⁊ potentiã. sed etiã qõcũꝫ genus entis ⁊ quecũq̃ spẽs ⁊ idiuiduuꝫ qr sic eadem albedo p° est in potentia ⁊ postea in actu: ⁊ h̃ mõ ad idem genus pertinent actus ⁊ potentia. h̃° mõ ꝓprie loquendo non ẽ po^a generãdi in diuinis. ꝓpe. s. que opponat actui. qr illa generatio ẽ simplr in actu ⁊ nccaria. ⁊ iõ non ẽ in po^a vt po^a repugnat actui. sed hic est

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

sermo ō potentia vt ē pn^m & hoc modo ista ppō est falsa q̄ dicit q̄ po^a ē eiusdē generis cū actu. pot. n. forma sb̄alis esse pn^m actōis de genere actōis. & actōis de genere qualitat̄. sicut tactū ē. s. di. 3^a q. de noticia genita. q̄ subiectū est per se causa ppie passionis.

Quia autē aliqua

argumenta ꝯ pmaz opinionē sūt ꝯ me. R̄ ad illa. Ad pmū dico q̄ illa ppositio maior hz hic maiorē pbabilitatē q̄ in creaturis. qz ista forma sic per se ē. q̄ illi corrñdet ppzium qō potens agere puta ḣ deus. qui quoddāmodo pcedit relationes. & sic agit. pz quia sic pmo intelligit & vult igitur videt q̄ posset i oēz actionē cuius suum quo est ppziū principium formale & ita ḣ deus generat primo. & ideo illa maior de pn^o elicitiuo falsa est quādo pncipiū elicitiuum si per se existat nō pōt esse ppinqua ratio ad operandum. Exemplū species si ponat̄ principium elicitiuum opationis videndi in oculo si per se existeret nō posset esse pncipium illius opationis & ratio esset. qz non posset esse in po^a ppinqua ad agendum. qz nō posset hīe passū approximatum. qz approximatio vt dictū est prius requiritur ad rationē potentie ppinque sicut autē approximatio in creatur̄ vel amotio impedimentorꝫ ita dictū ē q̄ in ppposito requirit̄ suppositū ꝯueniēs ad agendū. ergo forma que esset pn^m actōis in supposito distincto si eēt p se exñs nō eēt suppositū nec pn^m distinctū nec i supposito distincto ꝯuenienti generatōni. & exq̄ illud suppositū requirit̄ ad potētiaz ppinquā agendi nō poterit talis forma p se agere. eēn^a aūt si p se existat in aliq̄ instanti nāe añq̄ intelligatur eē in supposito vel psona in illo pozi nō ē suppositū agēs in po^a ppinqua ad agendū ista n. actio distinctōem requirit aliqꝫ i ista nā que nō pōt eē nisi suppositorꝫ. q̄ suppositū ꝯueniēs huic actioni ē suppositū distinctū existens in ista nā. in nullo tali est natura inq̄tuz intelligit p se eē si p se sit aliq^o añq̄ in psona. & ideo nō poterit p se agere ista actōe. Ad aliud ō qd & quo: dico q̄ illud dictū pbi ē verū in cā & cāto. qz ibi est distictio realis cāe & pncipij q̄ causat ab ipo cāto. dependentia etiā cēntialis ē causati ad pn^m causatiuū sic & ad cāz. & rō est ibi. qz pn^m causatū nō est nisi vnicū in vno supposito. In posito autem ē oppositū. quia suppositum pducēs ē distinctum. quo aūt producit ē indistinctum. & iō pductum nō realiter refert ad pn^m q̄ sic refert ad pn^m quod pduc̄. Et ideo in ppposito non est relo realis pncipij pductiui ad pductum sed pducentis ē relo realis. pncipij autē pductiui est relo rōis: sic pus dictum ē. de nā cōmunicāte & cōicata di. 5^a. q. 1^a

Ad 3^m dico: q̄ forma fm quod est illud in quo assimulat̄ generās generato nō ē trīn ens ratōis sed hz aliquā vnitatem pcedentem oēm actū intellectus. qz nullo actu intellectus exñte ignis gnāret ignem & corrūperet aquā. & hoc ppter sui silitudinē nālem ḣ: & ꝯrietatem ibi. hoc aūt magis patebit in. q. de individuatione. Ad Dam̄. dico q̄ intelligit ō cōicabilitate alicuius vnius fm nām: & fm numerꝫ sicut essen^a diuina est cōmunis trib^ psonis sed mō nulla ē cēitas realis in creaturis: est trīn vnitas alicu^ rei^ vnitate minoz q̄ sit vnitas numeralis

Ad aliud cum dicit forma ē pncipiū agendi inquantū ē in hoc conclude pro me: quia illō absolutū quod ē patri potentia generandi nō est potentia generandi filio. Cum arguitur q̄ generatō pus est distinctiua q̄ assimilatiua. & q̄ ex hoc forma sit pus elicitiua vt hoc: q̄ vt forma. Respondeo. q̄ prius fm consequentiam nō semper ē prius se. unde causalitatem. Exemplū sequitur. ignis igitur calidus & non econuerso. igitur calidum est prius fm consequtiam. & tamen ignis est prius fm causalitatem q̄

so calore. & ita concedo: q̄ distinguere ē pus in generatione q̄ assimilare. i. communius. quia multa distinguunt que ñ assimilant sed distinguere non est perfectius in generatione q̄ assimilare. quia conuenit generationi etiam imperfectissime inquantum est a forma vt hoc. Assimilare conuenit sibi iquantum est a forma absolute. & perfectior ē ratō formē q̄ ratio singularitatis. Concedo tamen argumentum contra opinionē ponentem tantum distinctionem ratōnis: & non concludit contra me. sicut patebit in sequenti distin. Instantia pma de calore & vegetatiua non valet. quia ibi cōmunicatur vtraq̄ forma: & forma pncipalis actiua & immediata. Est enim carno genita animata & habens calorez geminum aliqualem naturalem. vtraq̄ etiam forma est pncipium generatōnis licet vnum mediatum aliud immediatū. Sed illa alia instantia: de generatione huiusmodi difficilior videtur si sensitiua non habeat ibi aliquam operationem: sz vegetatiua tantum. & de hoc in secundo libro. quando fiet sermo de rationibus seminalibus quomodo potest esse generatio vniuoca in animalibus.

Jrca distinctionem octauam quero.

Utrum deus sit sūme simplex & perfecte talis. Q̄ non. quia simplicitas non est simpliciter perfectionis. ergo non ponenda i deo vt essentialis. probo antecedens. quia si esset simpliciter perfectionis. ergo quelibet habens eaz esset simpliciter pfectior non habente. & ita materia pma esset perfectior homine. immo generaliter i corruptibilibus & generabilibus compositiora sunt perfectiora. Item perfectōnis est forme posse dare esse licet imperfectionis sit dependere a materia. ergo si prima ratio separetur a secunda: quia ñ videtur esse contradictio in tali separatione potest esse deitas forma dans esse: licet ipa non dependeat ab ipo cui dat esse: & ita potest ibi poni sine imperfectōne compositio materie & forme. vel saltem componibilitas dei vt forme.

Item quod vni est non sbstantia nulli ē sbstantia ex pmo physicorum. sed sapiētia in nobis est accidens. ergo in nullo ē sbstantia vel non accidens. sed in deo ē sapientia secundum eandem ratōnem secundum quam est in nobis. igitur ē ibi accidens. & ita compositio subiecti & accidentis. Contra. 6°. de tri. ca^o. 7°. vl̄ 22°. deus vere & summe simplex est.

Ad questionem re

spondeo. & pmo pbo simplicitatem diuinam per media quedaz particularia.

2° ex medijs cōmunibus scz ex infinitate & necessitate essendi. Primo modo pcedendo ostendo primo simplicitatem oppositam compositioni ex ptibus essentialibus. 2°. oppositam compositioni ex partibus quantitatiuis. 3° oppositam compositioni ex subiecto & accidente. Primuz sic. causalitas materie & forme non est simpliciter prima necessario enim presupponit causalitatē efficientis priorem. ergo si primum esset compositum ex materia & forma presupponeret causalitatem cause efficientis. non autem huiusmodi. quia istud non efficit se coniungendo materiam suam cum forma. ergo alicuius efficientis poris. ergo deus non esset pmum efficiens cuius oppositum pbatum est dist. 2^a. q. i. probatio prime propositionis. causalitas materie & forme includit imperfectionem. quia rationem partis. causalitas efficiētis & finis nullam impfectionē includit sz perfectōem. oīne aūt impfectū reducit ad pfectū sic ad pus se cēntialiter. q̄ cāitas māe & forme nō ē simplr pma. Idē pbo sic. mā ō se ē i pō ad formā & ḣ passia & ꝯdctōis q̄^m ē de se. q̄ ñ ē ex se sb̄for sz sit sb̄for p aliq̄ aliā cāz reducētez

ipsam materiam ad actū forme. ista autem causa reducens non potest tantum dici forma inquantum forma. quia sic nō reducit materiā nisi actuādo forma liter ipam materiā. g̃ oportet ponere aliquid reducens effectiue ipam materiam ad istam actualitatē. g̃ si primū eēt compositum ex materia ⁊ forma esset aliqd̄ efficiens per cuius efficientiā esset materia eius sub forma. ⁊ ita ipm nō eēt primū efficiens vt p̄us. 3° sic. omis entitas vna causata habz aliquā vnā causā a qua est eius vnitas. quia nō p̄ot poni vnitas in causato sine vnitate in causa. vnitas igitur compositi cum sit causata requirit aliquā vnā cāz a qua sit illa entitas causata. illa causa non est entitas materie nec forme. quia vtraq̄z est entitas diminuta respectu entitatis compositi. igitur p̄ter illas. s. materie ⁊ forme oportet ponere aliquā aliam. illa erit efficiens. ⁊ ita redit idem quod p̄us. quia omni composito ex mā ⁊ forma erit aliquid p̄us. 2am videlicet carentiā compositōnis quātitatiue videt phs ꝓbare 8. physicoꝝ. ⁊. 12. me^te. quia p̄mū est potentie infinite. potētia autē infinita non est in magnitudine. ⁊ hoc ꝓbat. q̄z maior potentia est in maiori magnitudine. ⁊ ita infinita potentia nō potest eē i magnitudine finita. nulla est aūt magnitudo infinita. g̃ nec aliqua infinita potentia in magnitudine. Sed istud argumētum videt deficere. quia d̄ poneret potētiam infinitā esse in magnitudine dicēt ipam esse eiusdē rōnis in qualibz parte magnitudinis ⁊ in tota magnitudine. ⁊ ita in maiori ⁊ in minori. sicut aia intellectiua est tota in toto: ⁊ tota in qualibz parte corpis. nec maior in maiori. ⁊ minor in minori corpe. nec maior in toto corpore q̄ in parte. ⁊ si animā istā consequeretur infinita potentia intelligendi: ipa potentia esset in magnitudine finita ⁊ ita in parte sicut in toto: ⁊ in parua p̄te sicut in magna. Ita diceret in proposito q̄ potentia infinita in magnitudie finita esset eiusdē rōnis in toto ⁊ in parte.

Declarando ergo rationem Britto. dico q̄ conclusio sua est ista q̄ potentia infinita non est in magnitudie finita extensa per accidens ad extensionem magnitudinis. ⁊ hoc probat ratio sua h̄ modo quecūq̄z potentia est extēsa per accidēs ceteris paribus maior est ⁊ efficacior in maiori magnitudine licet non sit maior i. formaliter intēsior. quia paruus ignis potest plus habere intēsiue de calore q̄ magnus si sit multū rarus ⁊ alius densus. ideo ādditur in maiori ceteris paribus. Exemplum de calore in igne quilicet sit equalis intēsionis in parte ⁊ in toto. tamen maior ignis maioris est potentie. i. efficatioris est potentie in toto q̄ in parte. ⁊ ex hoc sequitur q̄ omnis talis potentia extensa per accidens quādiu ē in magnitudie finita potest intelligi crescere in efficacia per augmentum magnitudinis. sed quādiu itelligitur posse crescere in efficacia non est infinita fm efficaciam. ⁊ ex hoc sequitur q̄ omnis talis potentia extensa per accidens quādiu ē in magnitudine finita est intensiue finita ⁊ non infinita. quia infinitas intensiue nō potest esse sine infinitate in efficacia. ⁊ ex hoc sequitur q̄ potentia infinita in efficacia non est in magnitudine finita. nec etiam potentia infinita intensiue. Et tunc vltra cum nō sit aliqua magnitudo infinita. patet q̄ nō est aliqua talis potentia infinita in magnitudine.

Sed quid hoc ad propositū q̄ omo talis potentia non sit in magnitudine.

Respondeo. coniungendo huic illam conclusionem quam p̄us probauit philosophus q̄. s. tale potens est sine materia sequitur propositum. quia omni extensione aliquid extenditur: vel si extensio erit aliquid per se existēs aliquid erit formaliter informās extensionē extensa per accidens. ergo si potentia ista infinita ponatur in magnitudine quero quid

quod est extensū ipa magnitudine vl̄ ipsa extensione magnitudinis. nō ipa potēs infinita sicut ꝓbatum est. nec ipa perficit ipam sicut forma materiā. quia nō est in materia ex ꝓclusione p̄ostensa. ergo oportet ponere materia extensā ista magnitudine: quē materia pficeret potētia infinita sicut materia nostra vl̄ corpus nrm extēditur magnitudine per se extensa: ⁊ pficitur p animā intellectiuaz nō extensam. sed nulla materia ē i habētē talem potentiā ex p̄eostēsa cōclusione a pbo. ex illa igitur immaterialitate p̄eostensa per pbm ⁊ modo oñsa in ista cōclusione habet ista ratio efficaciam.

3ª cōclusio specialis ꝓbatur ex istis. q̄. n. deus nō ē materialis nec quātus. ideo nō est capax accidētis alicuius materiali p̄uenientis rei materiali. sicut ē qualitas rei materialis. ergo tm̄ est capax illorum que cōueniūt spiritualibus puta intellectionis ⁊ volitionis ⁊ habituū illis correspondentiū. sed talia nō possūt esse accidentia illi nature. sicut ꝓbatum est di. 2°. q̄ intelligere eius ⁊ velle sūt substantia eius ⁊ habitus ⁊ potētia.

Secundo probo

generaliter ꝓpositum. Primo ex rōe necesse est. quia si p̄mū sit compositum sint componētia. a. ⁊. b. quero de. a. si sit formaliter ex se necesse esse aut nō. sed possibile esse. Alterz. n. horz oportet dar̄ in quacūq̄z re sine nā ex quo aliquid componitur. si ē ex se possibile esse. g̃ necesse esse ex se componit ex possibili esse. ⁊ ita nō erit necesse esse ex se. si aūt. a. est ex se necesse esse igitur est ex se in vltima actualitate. ⁊ ita cum nullo facit p se vnum similiter si. a. est ex se necesse esse compositū erit necesse esse per. a. ⁊ pari ratōne erit necesse esse per. b. ⁊ ita erit bis necesse esse. erit etiam compositū necesse esse p aliquid quo sblato nihil minus erit necesse esse qd̄ ē impossibile. 2° ostendo generaliter ꝓpositum p ratōez infinitatis. ⁊ p̄mo q̄ deus nō sit cōponibilis per hoc q̄ omne ꝓponibile p̄ot esse ps alicuius totius compositi qd̄ est ex ipo ⁊ alio componibili. omis aūt pars p̄ot excedi contra ratōnem aūt infiniti est posse excedi. ergo infinitum nō est componibile sed deus ē infinitus. ergo nō est cōponibilis. Et pfirmatur ratio ⁊ quasi idem est. quia omne cōponibile caret pfectōne illius cū quo componit ita q̄ illud aliō componibile nō habet in se omnez perfectionem ⁊ omnimodam idemptitatē cū illo. quia tūc nō posset cum illo componi. nullum aūt infinitū caret eo cuz quo p̄ot aliquo modo esse idem. immo omne tale habet in se fm perfectam idemptitatem. quia alias posset intelligi pfectius: puta si haberet illud in se sicut compositum habet ⁊ istud infinitum nō habet. contra ratōem aūt infiniti est simpliciē q̄ ipm possit intelligi perfectius vel aliquid perfectius eo. Et ex hoc sequit vlterius q̄ sit omnino incompositus. quia si sit compositus aut ex finitis aut ex infinitis. si ex infinitis nullum tale est componibile ex ꝓbatis. si ex finitis ipm nō erit infinitum. quia finita nō reddūt aliquid infinitum in perfectione sicut modo loquimur.

Ad primū argumē

tum dico q̄ simplicitas ē simpliciter pfectionis fm q̄ excludit componibilitatem vel cōpositionem ex actu ⁊ potētia vel ex pfectione ⁊ imperfectōne. sicut dicetur in sequenti questōe. nō tamē sequitur q̄ omis creatura simplex sit pfectiō creatura nō simplici. quia aliquid qd̄ ē simpliciter perfectōis p̄ot repugnare alicui nature limitate. ⁊ ita illa nō eēt simpliciter ⁊ perfecte talis natura si haberz illud qd̄ repugnat sibi. ita canis nō esset simpliciter canis pfectus si esset sapiens quia repugnat sibi sapicutia. Similiter alicui nature limitate p̄ot repugnare aliqua pfectio simplicit ⁊ aliqua nō. ⁊ tūc

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

nō sequitur illam naturā esse pfectior ē cui competit talis perfectio q̄ cui repugnat maxime quando illi cui ista repugnat cōuenit alia perfectio simplicit que forte est simpliciter perfectior illa alia repugnante. Exemplum. actualitas est pfectio simpliciter ⁊ simplicitas est perfectō simpliciter. composito autem conuenit maior actualitas licet nō maior simplicitas. materie autem licet conueniat simplicitas non tamē tanta actualitas quāta competit composito. simpliciter autem actualitas est perfectior simplicitate. ⁊ ita simpliciter perfectius pōt esse illud cui cōuenit actualitas sine simplicitate q̄ illud cui conuenit simplicitas sine actualitate Sed hic videntur duo dubia. Unum quomodo perfectio simpliciter erit que non erit perfectio vbicūq̄ cum de ratōne simpliciter pfectōis sit q̄ ipm sit simpliciter melius q̄ nō ipsuz in vnoquoq̄ fm Ans. mono. 15°.

Scōm dubium ē quomodo vna perfectio simpliciter ē perfectior alia absolute. Ad pmum dico: q̄ illa descriptio debet sic intelligi q̄ perfectio simpliciter est melius non tantum suo contradictorio. ita enim quodcunq̄ positiuum est: melius ⁊ simpliciter perfectius sua negatione: immo nulla negatio est perfectio aliqua formaliter. sz intelligitur sic. esse melius ipm q̄ non ipm. i. quolibet suo incompossibili. ⁊ tunc debet intelligi h° quod dicitur in quolibet est melius considerando quodlibet precise inquantum suppositum non cōsiderando in qua natura illud suppositum subsistat. considerando enim aliquod inquantū subsistit in aliqua natura pōt aliqua perfectō nō simplicier esse melior sibi. quia incōpossibilis vt est in tali natura. quia repugnat tali nature tamen ei inquantum precise subsistens non repugnat. sed si hoc modo consideretur illā habere erit simpliciter perfectius ens q̄ si haberet quod cunq̄ sibi incompossibile. Ad scōm dubium dico: q̄ requirit declarationes quis sit ordo perfectionum simpliciter. ⁊ modo breuiter supponatur q̄ aliquis ordo perfectōnis sit inter eas: ita q̄ vna ex ratōne sui est perfectior alia precise sū pra licet quando quelibet est in summo sint tunc omnes eque perfecte quia infinite: ⁊ quelibet tunc est infinita. de hoc alias dicetur. Ad scōm principale dico q̄ dare alicui esse formaliter. necessario ponit limitationem. quia sic dare esse nō includit per idemptitatē illud cui dat esse. nec potest separari a sic dare esse imperfectō quia nec limitatio nec etiā dependentia omnimoda. licet enim separetur ab eo dependentia ad materiam semper tamen manet dependentia ad efficiens vtute cuius forma informat materiam. Et instet de verbo quod dat esse nature humane. dico q̄ hoc non est dare esse formaliter: sicut patebit libro 3°. dist. pma. Ad tertium dico q̄ sapientia fm illam ratōnem fm quam est species qualitatis ⁊ accidens in nobis nō est eiusdem ratōnis in deo: sicut melius patebit in questione illa. vtz deus sit in genere. distin. ista. 8ª.

Iuxta hoc

quero. Utrum aliqua creatura sit simplex. Et arguit q̄ sic. compositū componitur ex partibus ⁊ ille nō ex alijs. igitur partes ille in se sunt simplices. Oppositum huius est. 6°. de tri. ca°. 5°. vel. 16° ⁊ 19°. vbi dicit Augustī. q̄ nulla creatura est in se simplex. Dic dicitur q̄ q̄libet creatura est composita ex actu ⁊ potentia quia nulla est pura potentia quia tunc nō esset nec purus actus. quia tunc esset deus. ergo quelibet creatura est cōposita ex actu ⁊ potentia. Preterea. quelibet creatura est ens p̄ participationem ergo est composita ex participātes participato. Contra istam cōclusionem arguo sic. quia si in quolibet sit cōpositio ex re ⁊ re: accipio illam rem cōponentem. ⁊ quero si ē simplex aut composita. si simplex habetur ꝓpositum. si composita erit ꝓcessus in infinitum i rebus. Cōcedo igitur q̄ aliqua creatura est simplex hoc est non composita ex rebus: tamē nulla creatura est pfecte simplex quin aliquomodo sit composita ⁊ componibilis. Et quomodo cōposita ò claro sic. quia habet entitatem cum priuatōne alicuius gradus entitatis. nulla enim creatura habet entitatem fm totā perfectionem que nata est esse entitatis i se. ⁊ ideo causaret aliqua perfectione q̄ est nata competere entitati in se. ⁊ ideo p̄uatur. sicut talpa dicitur esse ceca quia nata est habere visum fm ratōnem animalis non fm ratōnem talpe. fm phm. 5°. metha°. ca°. de p̄uatōne. componitur igitur nō ex re ⁊ re positiuis sed ex re positiua ⁊ p̄uatōe. i. ex entitate aliqua quā habet. ⁊ ex carentia alicuius gradus perfectionis entitatis cuius ipsum nō est capax. tamen ipm ens ē capax sicut talpa fm se nō ē nata videre sed fm quod animal nata est videre. nec tamē ista cōpositio ex positiuo ⁊ p̄uatiuo est in essentia rei. quia priuatio non est de essentia alicuius positiui. Ad istam etiam sequit. compositio actus ⁊ potentie obiectiue. quicquid enim ē ens ⁊ caret aliqua perfectōe entis ē simpliciter possibile ⁊ terminus potentie. simpliciter cui° termin° non pōt esse ens infinitū quod est necesse esse. Est etiam quelibet creatura componibilis quod patet de accidēte quod ē componibile cum subiecto. in substātia etiam patet tam de forma q̄ de materia de substantia etiā per se generabili ⁊ corruptibili patet q̄ est receptiua accidētis non igitur esset nō receptiua nisi ꝓpter perfectionem sui. sed perfectissima intelligentia est receptiua accidentis. quia capax est sue intellectōnis ⁊ volitōnis que nō est sbstantia sua. Probatio. quia tūc esset formaliter beata se ipa. cuius oppositum probatū est distinc. pma. Tum quia quelibet intelligentia pōt intelligere infinita. quia omne intelligibile. ergo si intellectio sua esset sua essentia posset habere essentiam infinitam. quia haberet vnam intellectionem infinitorz. tum quia intellectio sua nō depēderet ab aliquo obiecto nisi a quo dependet suū esse. ⁊ ita nihil inferius se nec etiam se posset intelligere in genere proprio. sed tantum in obiecto superiore monēte immo nihil posset aliqua intelligētia intelligere nisi in deo. Ad argumentum pncipale Augustī. concedo q̄ nulla creatura est vere simplex. quia composita modo predicto ex positōne ⁊ p̄uatione: actu ⁊ potentia obiectiua. ⁊ componibilis alij creature. Et per idem patet ad argumenta pro opi. prima. non enī est actus purus qui caret aliquo gradu actualitatis: sicut non est lux pura que caret aliq̄ gradu lucis: licet cum illa luce impura non misceatur aliqua alia entitas positiua: sed tantum carētia perfectioris gradus lucis. Ad secundū de participare: dico q̄ participare est idem q̄ partez capere. ita q̄ duplicem relationē importat. ⁊ partis ad totum ⁊ capientis ad captum: pma est realis: nec tamē sumitur ibi pars proprie pro eo quod est aliquid rei: sed intensiue prout omne minus dicitur pars maioris. omne autem finitum tale est simpliciter minus tale: si aliquod tale est simpliciter natum esse infinitum quelibet autem perfectio simpliciter nata est esse infinita simpliciter. ergo vbicūq̄ est finita ipa est minor: alia perfectione simili: ⁊ ita pars extensiue. Secūda vero relatio scilicet capientis ad captum est relatio ratōnis sicut inter dans ⁊ datum. Tripliciter tamen pars capitur. aut pars capitur sic q̄ totum captum est pars capientis: sicut species

Vide. 8. tho. p. pa. q. 67. ar. 1 d tangit istam quest. Deus dq̄ aliqua posset alij nōd bonus opz operari.

Universidad de Deusto Biblioteca

participat genus quantum ad ptes eēntiales generis non subiectiuas. Aut sic q̃ pars capti est pars capientis. Aut 3° modo sic q̃ pars capti sit ipsū totū capiens. Primis duobus modis relatio capientis ⁊ capti potest concedi esse realis 3° modo non. Iste autem tertius mod' est in ꝓposito. quia omnis perfectio limitata que tamen non determiatur ex se ad limitationē que est pars capta: est ipa tota limitata. bñ autē ibi distingui potest suppositum capiens ⁊ natura capta. sed non est sic distinctio realis.

Secundo quero. s. vtrum cuz simplicitate diuina stet q̃ deus vl' aliquid formaliter dictum de deo sit in genē. Q: sic. quia deus formaliter est ens. ens autē dicit ꝓceptū dictuz de deo in quid. ⁊ iste conceptus non est ꝓpriius deo sed cōmunis sibi ⁊ creaturi sicut dictū fuit distinctōne 3ª. ergo oportet ad hoc q̃ fiat ꝓpriius q̃ determinet p aliquē conceptum determinantē. ille determinans se habet ad conceptum entis sicut conceptus qualis ad conceptuz q̃d ⁊ per consequens vt conceptus differētie ad conceptum generis. Preterea. Auicē. 2° metha°. c. p°. ens in subiecto: et ens non in subiecto non habent mediū ⁊ videtur loqui fm q̃ ens non in subiecto est ratio substātie.: ⁊ ens in subiecto est ratio accidentis. deus igitur cum sit ens formaliter ⁊ non ens in subiecto. ergo est ens formaliter non in subiecto. g̃ substantia. substantia autem ut substantia est gen'. Preterea. vbi est species ibi est genus. fm Porphy. quia sūt correlatiua. sed natura diuina est species respectu diuinarū personaruz. fm Damā. c1°. 50. ergo deus est in genere. Item scientia formaliter dicitur de deo. ⁊ h° fm eandem rationem fm quaz dicitur de nobis. quia ille ratiōes que dicte sūt distinctione 3ª. questione prima. de vniuocatione entis concludūt de vniuocatione sapientie. igitur fm illam rationē fm quam sapientia dicitur de deo ē species generis. ⁊ hoc probatur p̃ dictum antiquorum doctorū qui dicunt q̃ species transfertur ad diuina. quia dicit perfectionem licet non genus. quia dicit in perfectionem vt scientia transfertur ad diuina licet non qualitas. Contra est magister in lra ⁊ adducit Aug. ⁊ ostendit per eum q̃ remouentur a deo illa p̃dicamenta artis dyaletice.

Hic sunt due opi. extreme. vna negatiua que dicit q̃ cum simplicitate diuina nō stat q̃ aliquis sit conceptus communis vniuocus deo et creature. de qua dictum est supra distinctione. 3ª. questione p̃ma. Ad h° ponuntur quedam rationes ꝓpriius non tacte. Prima est ista. illis que sunt totaliter immediate sub extremis contradictionis nihil est commune vniuocum. deus ⁊ creatura sunt totaliter ⁊ immediate sub extremis cōtradictionis. s. dependere non dependere. causatum ⁊ nō causatum. esse ab alio ⁊ non ab alio. ergo nihil est eis commune vniuocum.

Item secundo sic. ⁊ est cōfirmatio alterius rationis. Omnis conceptus communis est neuter respectu illorum quibus est communis. sed nullus est conceptus neuter respectu contradictoriorum quia est alter eorum. ergo nē. Item 3°. sic. quia primo diuersa in nullo conueniunt. sed deus est p̃mo diuersus a quacunq̃z creatura: alioquin haberet q̃ conueniret ⁊ q̃ differret. ⁊ ita non esset simpliciter simplex. ergo deus in nullo conuenit cum creatura. ⁊ ita nec in aliquo concepto communi. Item 4° sic. vbi tantum est vnitas attributōnis non potest esse vnitas vniuocatōnis. sed oportet ponere vnitatem attributionis creature ad deū in ratione entis. ergo in h° non est vniuocatio. Ad hoc adducū

intentio Diony. de diuinis nominibus qui ponit tres gradus cognoscendi deū s. per eminentiam. per causalitatem. ⁊ p̃ abnegationē. ⁊ ponit illaz cognitionem per abnegationē esse vltimā quando remouentur a deo omia illa que sunt cōmunia creaturis. ergo non intelligit ipe q̃ aliquis conceptus qui est abstractus a creaturis remaneat i deo fm q̃ fuit cōmunis creature. Ad hoc etiā ē Aug. 8°. de tri. c. 2°. vel. 10. Cum itaq̃z inquit audis bonū hoc ⁊ bonū illud q̃ possūt dici etiam non bona si potueris sine illis que partipatōne boni bona sunt perspicere ipm bonū cuius pticipatōne bona sunt. simul enim ⁊ ipm intelligis cuz audis hoc aut illud bonū: si ergo potueris illis detractis per seipm perspicere bonum perspexeris deū. ⁊ si amore adheseris continuo beatificaberis. hec ille igitur vult dicere q̃ intelligēdo hoc bonum ⁊ illud bonū intelligendo illud bonum cuius participatōne illa sunt bona hoc autē est bonū infinitū. ergo non habeo tantum ibi conceptuz boni in communi sed etiā boni per essentiā. Contra istam positionem sunt due ratōnes que tacte sunt superius distinctione. 3ª. questione prima. vna quia tunc nō posset conceptus ille ꝓpriius deo causari in intellectu nostro. quicquid enim est naturaliter mouens intellectuz nostrū ꝓ tanto isto sive intellectus agens sive fantasma sive species rei intelligibilis habz pro effectu adeq̃to causare in nobis conceptum illius quidditatis ⁊ eorum que continentur in tali quidditate essentialiter vel virtualiter. conceptus autem ille ꝓpriius deo neutro modo cōtinetur in ista quidditate nec essentialiter nec virtualiter. Q: non essentialiter patet quia negas vniuocationem. Q: non virtualiter probo. quia pfectius nunq̃ continet in minus perfecto. g̃ nunq̃ habet in via conceptus ꝓpriius deo. quod falsuz est ergo conceptus vniuocus deo ⁊ creatu re potest haberi. Respōsio aliquorū ad hanc rōnem est q̃ ens ratuz facit noticiam de se inquantum ens ratum est. hoc est inquantum est relatum ad p̃mū ens. ⁊ ita concipere illud sub ratōne illa non est concipere illud sub ratione absolura. sed sub ratione relata ad primum ens. relatio autem habet causare in intellectu conceptum correlatiui sive relatōnis correspondentis. ⁊ cum non concipiatur vt in se subsistens relatio correspōdens concipietur aliquo modo virtute istius fundamentū illius relatōnis. Cōtra istud argumentum videtur stare. qz si est dare aliquod adequatum obiecto a nobis naturaliter cognoscibili ⁊ intelligibili qualitercūq̃z sit p̃sens intellectui nostro potest facere conceptū de se et de his que includit essentialiter vel virtualiter. ⁊ fm iam dicta nullo modo includitur illud absolutum quod est fundamentum relationis in deo. vt probo. ergo sequitur q̃ nullo modo fiat in nobis conceptus illius absoluti. ⁊ ita nullum conceptum alicuius absoluti poterimus de deo habere naturaliter. probatio assumpti. quia licet dicta responsi q̃ relatio in creaturis ꝓpus naturaliter concipiatur q̃ relatio sibi correspōdens vl' fundamentum relationis correspondentis. quod credo esse falsum. quia terminus relationis naturaliter p̃intelligitur relationi sicut ⁊ fundamentum. licet etiam supponat q̃ res creata rata non intelligitur a nobis nisi inquantuz relata. qō improbatum est distinctōne. 3ª. questione de vestigio. ⁊ videtur esse ꝗ Aug. 7° de tri. c. 4°. vel. 32° omnis res ad se subsistit quāto magis deus. loquit autē ibi ō subsistentia vt qua naturalr est res creata ⁊ naturaliter in se subsistit. alioqn nō esset argumentū. si omis res ad se subsistit quāto magis deus si idez accipiat in p̃missa ⁊ in cōclusione. His inquam obmissis que forte ab aduersario negarent. arguo sic. Relatio in creatura licet

habeat in virtute sua causare conceptū relatōnis sibi corrñdentis. tñ illa relatō correspōdēs sibi nō includit in se aliquē ꝓceptū absolutū in quo fundet. qz relatio dei ad creaturā que est tm rōnis nō includit in se essentiā diuinā vel aliquā pfectionē absolutā in deo. q̄ pfectio realiter est ipa essentia. quā tñ essentiā vl pfectionē absolutā oportet ponē esse fundamentū relatōis dei ad creaturā. ⁊ ita nō posset per relatōnes istas causari in nobis aliqs ꝓceptus de pfectionib' absolutis nisi relo altera haberet in se virtualiter illud absolutū: qō est ꝓpria perfectio dei. qō est ipossibile. Istud etiaz probat. qz fm eos cēntia diuina non est nata facere de se nisi conceptū vnicū in intellectu. g̃ nō est natus habere de ea nisi vnicus ꝓceptus realis. hec ꝓña probatur. qz oēm ꝓceptū realē natū haberi de ea q̄tuz ad intelligentiā simplicē ipa nata est facē in intellectu. h° eni cōpetit obiectis impfectiorib'. Ulterius infero. ergo quodcūqz obiectū natū est facē de illa essentia aliquē ꝓceptū realē natū ē facere illū vnicū q̄ natus est haberi de ea. qz si nō illū tūc nullū de ea. sed nulla creatura potest illū vnicū causare. qz tunc ex creatura posset cognosci sub rōe qua est hec essentia singularis. ergo per nullam creaturā fm illam opinionē potest haberi aliqs ꝓceptus singularis de eēntia diuina. Scōa ratio tacta in qōne p̄dicta erat de ꝓceptu vno certo ⁊ duobus dubijs qui certus est cōmunis illis

Rñdet ibi triplicit. Primo q̄ aliqs cōceptus idē est certus ⁊ dubius. vt cōceptus Sortis ⁊ Plato. dubius est. conceptus alicui' homis certus: ⁊ tñ iste ⁊ ille est idem. Hoc nihil est. quia licet ꝓceptus idē possz diuersificari penes modos grāmaticales ⁊ logicales. grāmaticales vt penes quoscūqz modos significandi logicales vt penes quoscūqz modos cōsiderandi diuersos. sicut spēs vniuersale ⁊ pticulare. vl penes explicite ⁊ implicite. explicite sicut diffinitio exp̄mit. implicite sicut diffinitū exp̄mit. ⁊ per istas differētias pñt poni nō tantū certitudo ⁊ incertitudo. sed etiā veritas ⁊ falsitas cōgruitas ⁊ incōgruitas. tñ q̄ idem conceptus eodē mō cōceptus q̄tum ad istos modos sit certus ⁊ dubius hoc est idez oino affirmare ⁊ negare. g̃ si cōceptus de ente est certus. ⁊ cōceptus de ente creato ⁊ increato est dubius: nō est hoc ꝓpter modos significādi diuersos grāmaticales. nec penes diuersos modos cōcipendi logicales. vel igit erit simplr alius cōceptus ⁊ alius qō est ꝓpositū. vel cōceptus diuersificat penes modū cōcipendi pticularis ⁊ cōmunis. qō est etiā ꝓpositum. Aliter dicit q̄ sūt duo ꝓcept'. sūt ꝓpinqui tamē ⁊ ꝓpter istā ꝓpinquitatem vident esse vnus. ⁊ est certus ō vno hoc est de illis duobus ꝓsule ꝓceptis vl certus est ō illis sub vnitate ꝓceptis. dubius est aūt ō illis duobus distincte conceptis. Contra quando nō pñt aliq ꝓceptus ꝓcipi sub vnitate nisi simul vel ꝓpus naturalit cōcipiant sub distinctōne ꝓpria sibi que supponit illi vnitati non potest intellectus esse certus de eis inq̃tum habēt illā vnitatē. ⁊ dubius de eis inquantū sūt distincti. sed intellect' cōcipiens ens dictū de deo ⁊ creatura si sint duo cōceptus nō p̄t hīe ꝓcept' istos fm aliquā vnitatē nisi ꝓpus naturaliter habeat eos vel simul sub rōne distinctor. ergo nō posset esse certus de eis sub rōe vnius dubitādo de eis sub rōne multoruz. ꝓbatio maioris. qz si certitudo est de aliquo cōceptu vel de aliqbus cōceptibus dubitando de. a. ⁊. b. vel cum dubitatōne de a. ⁊. b. ille vnus vel illi duo cōceptus cōciperent ꝓpus naturalit sū eas rōne sub qua eēt certitudo de illo vl de illis q̄ concipiant. a. ⁊. b. ergo per oppositū si nō potest cōcipi aliquid de. a. ⁊. b nisi sub distinctōne sibi ꝓpria concipiatur nō pōt intellectus esse certus de eis sub rōne alicuius vni°. ⁊ dubius sub rō

ne distinctōnis. ꝓbatio minoris. ens in deo ⁊ ens in creatura si sūt duo ꝓcept' habētes attributionē nō possunt cōcipi inquantū hnt vnitatē attributōnis nisi ꝓpus natura vel saltē simul ꝓcipiat iste ⁊ ille inquantū distincti. puta iste sub ꝓpria rōne ⁊ ille sub ꝓpria rōe. qz isti sb ꝓpriis rōnibus sūt fundamēta vnitatis ordinis ⁊ attributōis. Confirmat istō per argumentū phi. 1°. de ania. ō sensu cōmuni quē ꝓcludit esse cōmunē per cognitionē differētie albi ⁊ dulcis ex cuius differētie cognitōe ꝓcludit q̄ cognoscit extrema. Si eni posset cognoscē ista sub rōne but' respect' q̄ est differētia absqz hoc q̄ ea cognosceret sub ꝓpria ratōne tūc argumentū suū valeret. ergo simili in ꝓposito non pñt simul cognosci. a. ⁊ b. sub rōne illius vnitatis ordis nisi cognoscatur a. sub ꝓpria rōne. ⁊. b. sub ꝓpria rōne cum per te nihil sit eis cōmune. ⁊ ita quicūqz intellect' concipit istos duos sub vnitate ordinis cōcipit eos distincte vt distinctos in se. 3° modo respondet q̄ nō est certitudo de conceptu aliquo vno ⁊ dubitatio de duobus. sed est certitudo de duobu) disiunctis ⁊ dubitatio de alterutro illoz. vtputa certum q̄ hoc ens est substātia vel accidēs dubitādo tamē determinate vtrum sit hoc ens vt substantia: vel illud ens qō ē accidens. Contra. ista certitudo precedit omnem apprehensionem quorūcunqz duidentium ipsum ens. ergo precedit certitudinē de toto disiuncto. antecedens probatur. quia non oportet in ꝓma apprehensione qua scit hoc esse aliq̄d vel ens apprehēdere a se vel ab alio per se vel in alio. ⁊ sic de aliis disiūctis.

Contra illud etiam est tertium argumentum superius dictum. quod erat ō inquisitione intellectus quam habem° de deo per naturalem inuestigationem in qua illas rationes creature que dicūt perfectionem de se separamus ab imperfectione cum qua sūt in creaturis. ⁊ eas fm se acceptas consideramus vt indifferentes. ⁊ eis attribuimus perfectionem summaz. ⁊ sic acceptas in summo attribuimus eas creatori vt proprias sibi. et ita arguit Augustinus. 15. ō trinitate. c. 4°. vel. 6°. ac per hoc: quoniam rebus creatis creatorem suum sine dubitatione prenouimus oportet eum et summe viuere ⁊ cuncta sentire atqz intelligere. hoc probat ipse ex hoc q̄ dixit ante ca°. 5°. q̄ viuentia non viuentibus sensu predita non sentientibus. intelligentia non intelligentibus: immortalia mortalibus bona malis: incorruptibilia corruptibilibus: immutabilia mutabilibus: inuisibilia visibilibus: incorporalia corporalibus: beata miseris preferenda videam°. Quod argumentum non videtur valē si talia vt preferuntur in creaturis non essent eiusdem rationis cum illis que talia in summo attribuuntur deo. Cō similia argumenta frequenter habētur a doctoribus ⁊ a sanctis. ita eniz formaliter ponitur in deo intellectus ⁊ voluntas ⁊ non tantum absolute sed cum infinitate. ita ⁊ potentia: sapientia: ⁊ liberū arbitrium ponitur in deo. ⁊ Anſ. de libero arbitrio ca°. primo reprehendit illam diffinitionem de libero arbitrio q̄ est potestas peccandi. quia fm eum tūc fm hoc non esset in deo liberū arbitriū quod est falsum. que improbatio nulla esset si fm aliam rationem omnino diceretur liberum arbitrium de deo ⁊ creatura. Hec est etiaz via Diony. quia quando in tertio gradu peruenit ad istā cognitionem per remorionem quero an p̄cise cognoscatur ibi illa negatio: ⁊ tūc non plus cognoscitur deus q̄ chimera quia illa negatio est cōmunis enti et nō enti. aut etiam ibi cognoscitur aliq̄d positiuū cui attribuitur illa negatio. et tūc de illo positiuo quero quomodo cōceptus eius haberur in intellectu. si eni non

Universidad de Deusto Biblioteca

habetur in intellectu per viã causalitatis
⁊ eminentie aliquis conceptus ꝑ̃ cau-
satus in intellectu nihil omino positiuũ
cognoscetur cui attribuatur ista negatio

Confirmatur etiã ista ratio. quia nõ
dicimus deum formaliter lapidem sed
formaliter sapientẽ ⁊ tamẽ si precise con
sideretur attributio cõceptus ad ꝓceptũ
ita potest formaliẽ lapis attribui ad ali-
quid in deo vt ad ydeam suam sicut sa-
pientia. Et si dicas ꝙ de deo concludi
mus aliquid per rationem effectus: vbi
sufficit tm̃ ꝓportio ⁊ nõ similitudo.
Hoc nõ respondet sed confirmat argu-
mentum. quia cõsiderando deum sb̃ ra
tione cause ex creaturis bene cognoscit
ꝓportionaliter. sed hoc modo non cog-
noscitur aliqua perfectio de deo que est
in creatura formaliter sed causaliter scz
ꝙ deus sit causa talis perfectõnis. attri-
buta autem sũt perfectiones simpliciter
dicte de deo formaliter. ergo talia cog-
noscuntur de deo nõ solum per viam ꝓ
portionis sed etiam per viam similitudi
nis: ita ꝙ oportet ponere aliquẽ concep
tum communẽ in talibus deo ⁊ creatu-
re qualis non est cõmunis in prima via
cognoscendo deum per viam causalita-
tis. Ad istud ẽ auctoritas phi. 2°. me-
tha°. qui arguit ꝑncipia sempiterno:uz
esse verissima. ⁊ ꝓbat hoc per istã maio
rem. quia vnũquodq̃ ẽ ma xime tale p
qõ alꝫ inest vniuocatio ⁊ exemplificat
de igne. ⁊ ex hoc cõcludit ꝙ sempiterno
rũ ꝑncipia necesse est esse verissima. ista
ꝓsequẽtia nõ valet nisi virtute istius mi
noris. ꝙ ꝑncipia illa sempiterna sũt causa
vniuoca veritatis in alꝫ. si. n. accipitur
in minori ꝙ illa ꝑncipia sũt ꝑncipia eq̃-
uoca vel analoga erũt quatuor termini
in sylogismo philosophi. quod non est
verisimile.

Ad argumenta.

opi. opposite. Ad ꝑmum aũt intelli-
gic in minori ꝙ illa sũt sub extremis cõ-
tradictionis totaliter: hoc est ꝙ ꝑcise sũt
illa extrema contradictionis. ⁊ sic minor
est falsa. deus. n. nõ est precise hoc scz nõ
ab alio. quia ista negatio dicit de deum
ra nec creatura est precise ista negatõ. s.
nõ necesse esse. quia hoc etiam conuenit
chimere. sed tam deus q̃ creature est ali
quid cui conuenit alterꝫ extremum con
tradictõnis. accipe tũc maiorem ꝙ que-
cũq̃ sũt talia quibus conueniunt extre-
ma contradictionis ipa nõ vniuocatur
in aliquo. ista maior est falsa. nam omia
per se diuidentia aliquod commune sũt
talia ꝙ de ipis dicuntur extrema cõtra
dictionis ⁊ tamen vniuocantur in ipso
diuiso. ita in ꝓposito possunt ista fm se
tota recipere predicationem contradic-
tionis: ⁊ tamen possunt habere aliquid
substratum illis extremis illius contra-
dictionis quod est cõmune ambobus.

Ad confirmationem de neutro dico
ꝙ conceptus communis duobus est neu
ter formaliter ⁊ ita concedo cõclusionem
ꝙ conceptus entis non est formaliter cõ
ceptus creati nec increati. si autem intel-
ligatur ꝙ iste conceptus est ita neuter ꝙ
neutrum contradictoriorum dicatur de
eo falsum est. ita est in rationali ⁊ irra-
nali ꝙ conceptus animalis neuter ẽ for-
maliter ⁊ tamen illud quod concipitur
non est neutrum sed vere est alterꝫ ito
rum. alterum enim contradictoriorum
dicitur de quolibet. ⁊ tamen non opor
tet quemlibet conceptum esse formaliẽ
alterum conceptum contradictoriorum.

Ad scõm patebit in secũdo articulo
ꝙ deus ⁊ creatura non sunt ꝑmo diuer
sa in conceptibus tamen sũt ꝑmo diuer
sa in realitate. quia in nulla realitate cõ
ueniũt ⁊ quõ esse possit cõceptus ꝓmius
sine conuenientia in re vel in realitate i
sequenti dicetur. Ad aliud de attri
butione dico ꝙ attributio sola non po-
nit vnitatem vniuocatõnis. quia vniuocat
attributionis minor est vnitate vniuoc
cationis: ⁊ minor vnitas non conclude

maiorem. tamẽ minor vnitas potest sta
re cum maiore vnitate. sic que sunt vnũ
genẽ sũt vnũ specie. lz vnitas generis sit
minor q̃ vnitas speĩ. ita hic concedo ꝙ
vnitas attributõnis nõ ponit vnitatem
vniuocatõis. pot tũ stare cũ ea lz hec for
maliter nõ sit illa. Exemplũ. spẽs eiusdẽ
generis hãt essentialẽ ordinẽ siue attribu
tionẽ ad primũ illius generis ex. io. me°c°.
⁊ tamẽ cum hoc stat vnitas vniuocatõ
nis rõnis generis in ipis speciebus. ita ⁊
multo magis oportet esse in ꝓposito ꝙ
in rõne entis in qua est vnitas attributi-
onis attributa hẽant vnitatẽ vniuocati
onis. qz nũq̃ aliqua comparant vt mẽ-
surata ad mẽsurã. vel excessa ad excedẽs
nisi in aliquo vno cõueniant. sic eni cõ-
paratõ simplr est in simplr vniuoco. 7°
phy. ita omis cõparatio est in aliqualiter
vniuoco. qñ eni dicit. hoc est pfectius il-
lo. si querat quid pfectius oportet ibi as
signare aliq̃d cõe vtriq̃. ita ꝙ omis ꝓpa
ratiui determinabile. cõmune est vtriq̃
extremo cõparatõnis. nõ eni homo ẽ p-
fectior homo q̃ asinus: sed pfectius aĩal
⁊ ita si aliqua comparant in entitate in
qua est attributio vni ad alterꝫ hoc p-
fectius est illo quid pfectius ens pfecti.
q̃ oportet entitatẽ esse aliquo mõ cõem
vtriq̃ extremo: ita etiã posset argui de
numero vel de distinctione. qz omia nu
merata vel discreta hãt aliq̃d cõmune.
sicut vult Aug°. 7. de tri. c. 4. vel. 26. si
tres pslone cõmune est eis illud qõ est p-
sona. ita ꝙ determiabile termini nũera-
tis semp est cõe omibus numeratis fm
Aug. Et cum arguit de Diony. patz
pus in 5° articulo ꝙ intentio Diony. est
ad oppositũ. qz in tertio gradu nõ stat
in sola negatõne: sed in aliquo positiuo
cõceptu a creatura accepto cui attribui-
tur illa negatio. Ad Aug^{m}. rñdeo ꝙ
illud bonũ cuius ꝑticipatõne alia bona
sunt qõ intelligit intelligẽdo hoc bonũ
vel illud. vel pot poni vle ad oia bona.
⁊ tũc eius ꝑticipatõne sũt alia bona sic
species ꝑticipant genus: vel aliquod in-
ferius ꝑticipat supius: vel pot intelligi
bonũ per essentiã cuius vt cause partici
patõne alia bona sunt. ⁊ tũc verũ est ꝙ
intelligendo illud bonũ intelligo bonũ
per essentiã in vli sicut intelligendo hoc
ens: intelligo ens vt partẽ cõceptus. ⁊ in
ente intelligo q̃cunq̃ ens in vli. Et cuz
subdit. si potes illõ per se nosse. dico ꝙ
ly perse si refert nõ ad actũ cognoscendi
sz ad obiectũ. puta ꝙ cognoscat illõ bo-
num qõ cognosco in vli cum ista deter-
minatõne per se. s. ꝙ conciperẽ bonũ cũ
tali determinatõne ꝙ sit bonũ nõ depẽ-
dens: ⁊ bonũ per essentiã intelligo deũ:
nõ tantũ in cõceptu cõmuni sed in con-
ceptu ꝓprio. Et tũc per hoc ꝙ dicit per
se ꝓtrahit bonũ qõ erat cõe ⁊ fit ꝓpriuz
deo. ⁊ isti inherendo per fruitionẽ est be
atitudo loquẽdo de beatitudine vie. qz
iste ꝓceptus est pfectissim' quẽ possum'
habere in via concipiendo deũ nãlr. Et
ista apparet eẽ intẽtio Aug. 8°. de tri. c.
2°. vel. 7°. vbi dicit. Noli querere quid
sit veritas. statim eni se opponent caligi
nes imaginũ corpalium ⁊ nubila fantas
matũ ⁊ perturbãt serenitatẽ que primo
ictu diluxit tibi cũ dicerez veritas. qõ ñ
esset verũ si oino esset alius cõceptus en
tis vel boni in deo a ꝓceptu illoꝫ in cre
atura. tũc eni bene esset querendũ quid
veritas. qz tũc esset veritas querenda q̃
est ꝓpria deo nec obĩcerẽt se illi fantas-
mata perturbãtia cõceptũ veritatis vt
est ꝓpria deo. quia iste cõceptus nõ ha-
bet fantasmata sibi correspõdentia. per-
turbant eni cõceptũ veritatis vt ꝓuenit
deo loquẽdo de veritate in cõmuni. sic
alias expositũ est. Si autẽ aliqui ꝑ-
ceuiãt vnũ esse conceptũ entis ⁊ tamen
nullum esse vniuocũ isti ⁊ illi. Istud nõ
est ad intentionẽ istius qõnis. qz q̃tum-
cunq̃ illud quod cõcipit sit fm attribu
tionẽ vel ordinẽ in diuersis. si tamen de
se conceptus vnus est ita ꝙ nõ hz aliam
rõnem fm quã dicitur de hoc ⁊ de illo

Universidad de Deusto Biblioteca

ille conceptus est vniuocus. Si etiã alio modo proteruiat aliquis q̃ conceptus denominatiuus non est vniuocus. quia ratio subiecti non est ratõ predicati. Hec videtur instantia puerilis. q̃z vno modo predicatum denominatiuũ est medium inter predicatum vniuocuz ⁊ equiuocum. Alio modo vniuocuz et equiuocum sunt immediata apud logicum. Primum verum est: accipiendo predicatum vniuocum ⁊ quod vniuoce p̃dicatur. hoc est. s. q̃ ratio eius sit ratio subiecti. ⁊ isto modo denomiatiuuz non est vniuocum. 2ᵐ etiam veruz est: intelligendo de vnitate ratõnis eius qõ predicatur. sic vniuocum est cuius ratõ est in se vna: siue illa ratio sit ratio subiecti: siue denominet subiectum siue per accidens dicatur de subiecto. equiuocũ autem cuius ratio est alia quomodocũ q̃z illa ratio se habeat ad subiectuz. Exemplum. animal est vniuocum nõ tantum vt dicitur de speciebus suis: sed vt determinetur per differentias. quia habet vnum conceptum determinabilem per eas. ⁊ tamen non dicitur de differentijs vniuoce hoc est in quid. ita q̃ ratio eius sit ratio differentiarum quomodo vniuoce dicitur de speciebus. Ista etiaz altercatio nihil est ad propositum. quia si ens dicatur fm vnum conceptum sui de deo et creatura: oportet dicere q̃ ratio entis sit ratio subiecti. dicetur enim de vtroq̃z in quid: ⁊ ita erit vniuocum vtroq̃z modo.

Alia ē opinio affirmatiua in alio extremo que ponit deuz in genere. ⁊ habent per se auctoritatem

Damã. in elemẽtario. c. 10. supra. ⁊ē. Itez Boetij in libello suo de tri. vbi videtur dicere q̃ duo genera manent in diuinis hoc non potest intelligi tantum fm modum aliquem similem predicandi. quia

15. de trinitate. c. 4°. dicit Aug°. sic. si oscam eternus immortalis incorruptibilis: immutabilis: viuus: sapiens: potens: speciosus: iustus: bonus: beatus: spũs. horum omnium nouissimum quod po sui quasi tantuz videtur significare substantiam. cetera vero huius substantie qualitates. Item idem. 5°. d̃ trinitate. c. 8°. vel. 22°. videtur dicere q̃ actõ proprissime conueniat deo. ergo non tantum manent modi predicãdi similes duob̃ istis generibus. ⁊ ita videtur q̃ oportet intelligere Boecium de illis duobus generibus in se q̃ maneant. 3°. ad hoc videtur auctoritas Auerroys. 1°. me°. commento. 7°. ⁊ incipit textus vbi philosophus dicit aliquam esse vnam primam substantiam que sit mensura aliarum. commentator vult q̃ ille sit primus motor. ergo sicut in alijs generibus primum est aliquid illius generis. ita primus motor est aliquid de genere substãtie. Ad hoc ratio prima ponitur talis. quia potest concipi substantia creata ⁊ substantia increata. ⁊ neuter conceptus ē simplicit̃ simplex. ergo resolũdo remanebit ratio substãtie indifferens ad vtrunq̃z contrahens. ⁊ sic indifferenter accepta videtur esse ratio generis.

Secunda ratio est. quia multa entia simplicia ponuntur in genere sicut angeli fm ponentes eos ē immaterialos. accidentia etiam fm ponentes ea esse simplicia. ergo simplicitas dei nõ excludit ab eo rationẽ generis.

Teneo opinionem meam mediam. q̃ cum simplicitate dei

stat q̃ aliquis sit conceptus communis sibi ⁊ creature. non tamen communis vt generis. Prima pars probata est arguendo contra primam opinionem.

Secundam partez probo p Aug°. 7°. de trinitate. c. 5°. vel. 32°. Manifestũ est deum abusiue substantiam vocari. ratio sua ibi est. quia substantia dicitur quod substat accidentibus. absurdum vero est q̃ deus alicui accidenti substet. hec ratio sic tenet. Non enim intelligit q̃ ratio substantie sit substare accidentibus vt substantia est genus. quia premisit ibi q̃ absurdum est q̃ substantia relatiue dicatur. Sed substãtia vt est genus est limitata sicut statim postea probabitur. omnis autem substantia limitata capax est accidentis. ergo substãtia quecunq̃z que est in genere potest substare alicui accidenti. deus non. ergo ⁊ē. Itẽ arguit Auicẽ. 8°. metha. c. 4°. q̃ deus nõ est in genere. quia genus est pars. deus autem simplex est non habens partem ⁊ partem. ergo deus non est in genere. Iste due probationes sunt simul per auctoritatem ⁊ per rationẽ. Nunc ostẽdo propositum duobus medijs. Et declarantur ex his que sunt ꝓpria deo. Primo ex ratione infinitatis. Secũdo ex ratione necesse esse. Ex primo arguo dupliciter. Primo sic. conceptus habẽs indifferentiam ad aliqua ad que nõ potest conceptus generis esse indifferens: non potest esse conceptus generis. Sed quicquid dicitur communiter de deo ⁊ creatura est indifferens ad finitum et infinitum loquendo de essentialibus: vel saltem ad finitum ⁊ non finitum loquẽdo de quibuscunq̃z. quia relatio diuina nec est finita nec infinita. nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum ⁊ infinituz. ergo ⁊ē. Prima pars minoris patet. quia quicquid est in deo perfectio essentialis est formaliter infinituz in creatura vero finitum. Secundaz partem minoris probo. quia genus sumitur ab aliqua realitate que fm se est potentialis ad realitatem a qua accipit differentia. sed nullum infinitum est potentiale ad aliquid: vt patet ex dictis in questione precedenti. Assumptum hoc patet auctoritate Aristo°. 8°. metha°. c. 5°. oportet terminum. i. diffinitionem esse orationem longam. quia significat aliquid de aliquo. ita q̃ oportet illud esse materiam: ⁊ illud formam. Apparet etiam per ratõnem. quia si illa realitas a qua accipitur genus esset vere tota quidditas rei. solum genus completе diffiniret. genus etiam ⁊ differẽtia non diffinirent. quia ratio ex eis non indicaret primo idem diffinito. vnaqueq̃z enim res est semel ipsa. Et ideo illa ratõ que bis exprimeret eam non indicaret primo idem diffinito vel quidditati illius rei. Hanc rationem aliqualiter pertractando intelligo sic. q̃ in aliquibus creaturis genus ⁊ differentia accipiuntur ab alia ⁊ alia re. sicut ponendo plures formas in homine animal accipitur a sensitiua. ⁊ rationale ab intellectiua. Et tunc illa res a qua accipitur genus vere est potentialis ⁊ perfectibilis ab illa re a qua accipitur differentia. Alẽ quãdo ibi non sunt res ⁊ res sicut in accidentibus. saltem in vna re est aliqua prima realitas a qua sumitur genus. et alia realitas a qua sumitur differentia dicatur prima. a. secunda. b. a. fm se est potentiale ad. b. ita q̃ precise intelligendo. a. ⁊ precise intelligendo. b. a. vt intelligitur in primo instanti nature in quo precise est ipsum est perfectibile per b. sicut si esset res alia. Sed q̃ non perficitur realiter per. b. hoc est propter identitatem. a. ⁊. b. ad aliquod totum cui realiter primo sunt eadem. quod ꝯdem totum primo producitur. ⁊ in ipo toto ambe iste realitates producuntur. si tamen altera istarum sine altera produceretur vere esset potentialis ad eã ⁊ vere esset imperfecta sine alia. Ista autẽ compositio realitatũ potentialis ⁊ actualis mima est que sufficit ad rõnem generis ⁊ dñe. Et ista nõ stat cũ hoc q̃ quelibet realitas in aliq̃ sit infinita. Realitas enim

si esset de se infinita quantũcunq; p̃cise sumpta non esset in potentia ad aliquã realitatem. igit̃ cum in deo quecunq; realitas essentialis sit formaliter infinita: nulla ẽ a qua formaliter possit accipi ratio generis. 2°. ex eodem sic. Conceptus speciei non est tantum conceptus realitatis ⁊ modi intrinseci eiusdem realitatis. quia tũc albedo posset esse genus ⁊ gradus intrinseci albedinis possent eẽ differentie specifice. illa autem per q̃ cõmune aliqnod ꝓtrahitur ad deũ ⁊ creaturam snnt finitum ⁊ infinitum que dicunt gradus intrinsecos ipius. ergo ista ꝓtrahentia nõ possunt esse vere differentie nec cum contracto constituũt. ita cõpositum conceptum sicut oportet cõceptum speciei esse conpositum. imo conceptus ex tali contractu ⁊ contrahente est simplicior q̃ possit esse conceptus speciei

Ex istis medij̃ de infinitate habz euidentiam ratio August̃. superius tacta: de subsistere accidenti Habet etiã euidentiam ratõ Auicen. 8°. metha^c^. de ptialitate generis. supra tacta. quia nunquã est genus sine aliqua partiali realitate i specie que non pot esse in vere simplici.

Arguo ergo 3° ex 2° medio. s. ex ratione necesse eẽ. Et est argumentũ Auicen. 8°. metha^c^. ca°. 4°. Si necesse esse habz genus. ergo intentio generis vel erit ex se necesse esse vel non. Si primo mõ tũc non cessabit quouscq; sit ibi differentia. Hoc intelligo sic: q genus tunc includeret differentiam. quia sine illa non est in actu vltimo. ⁊ necesse esse ex se est i actu vltimo. Si autem genus includat totam differentiam tunc non est genus. Si detur scõm membrum sequit q necesse esset constitutum ex eo quod non ẽ necesse esse.

Qno ad illud qd

additur in questione de quocunq; formaliter dicto de deo. dico q nihil tale ẽ in genere ꝓpter idem. quia nihil dicitur de deo formaliter quod est limitatum. quicquid autem ẽ alicuius generis quocunq; sit illius generis ẽ necessario limitatum. Sed tunc ẽ dubiũ qualia sũt illa predicata que dicunt̃ de deo formaliter vt sapiens bonus. ꝛc. Rñdeo. q ens ꝓus diuiditur in infinitum ⁊ finitũ q̃ in decem genera. quia alterũ istorum. scz ens finitum est ꝓmune ad decem genera: ergo quecunq; conueniunt enti vt indifferens ad finitum ⁊ infinitum vl vt est ꝓprium enti infinito conueniunt sibi non vt determinatur ad genus sed vt prius. ⁊ per consequens vt est transcendens ⁊ extra omne genus. quecunq; sũt cõmunia deo: ⁊ creature sunt talia que conueniunt enti vt est indifferens ad finitum ⁊ infinitum. vt enim conueniunt deo sunt infinita. vt creature sũt finita. ergo illa per prius conueniũt enti q̃ ens diuidatur in decem genera. ⁊ per consequens quodcunq; tale est transcendens.

Sed tunc est aliud dubium quomodo ponitur sapientia trãscendens. cũ nõ sit ꝓmunis omibus entibus ⁊ transcendentia videntur ꝓmunia omnibus.

R°. si. de ratõe generis gnãlissimi nõ ẽ in se hẽs ples sb̃ se spẽs sed nõ hẽs aliõ supueniẽs gen°. sic h° ꝓdicamentũ gñ. q; nõ hz supueniẽs gen° ẽ gnãlissi^m^: hz paucas hẽat spẽs aut nullas. ita trãscendẽs q̃ cũq; nullũ hz gen° sb̃ q̃ pinceat. Sz q̃ ipsũ sit cõe ad mlta iferioza h° accidit. h° pz ex alio: q; ens ñ tm̃ hz passiões ꝓuertibiles simplices sic vnũ verũ bonũ ꝛc. Sz hz aliq̃s passiões vbi oppoita distinguũt ꝗ se sic neẽe eẽ vl possi^t^ act° vl põ ⁊ h°. Sic aũt passiões ꝓuertibiles sũt trãscendẽtes q; ꝓsequũt ñ ens inq̃^m^ dcimat ad aliqõ gen°. ita ⁊ passiões distincte sũt trãscẽdẽtes. ⁊ vtrũq; mẽbr̃ illa^m^ distincti est trãscẽdẽs. q; neutr̃ deriat suũ deriabile ad certũ gen° ⁊ tm̃ vnũ membr̃ illa^m^ distinẽti ẽ spẽale formalit̃ ñ ꝓuenies nisi vni enti. sic neẽe ẽ i ista diuisiõe neẽe l possi ⁊ infitũ i ista diuisiõe sirũ l infiniũ ꝛc.

Ita etiam potest sapientia esse transcendens ⁊ quodcunq; aliud quod est cõe ⁊ deo ⁊ creature. licet aliquod tale dicatur de solo deo ⁊ de nulla creatura. aliquod autez de deo ⁊ creatura aliqua. Non oportet autẽ transcendẽs vt transcendens dici de quocunq; ente: nisi sit ꝓuertibile cum primo transcendẽte. s. cum ente.

Alii probãt quar

to modo deuz non esse in genere. quia cõtinet in se perfectõnes omnium generum. Sed istud argumentũ non valet. q; continens aliquid continet illud per moduz sui. Substantia. n. que modo est genus generalissimum vt accipitur p omnibus speciebus inferiozibus continet virtualr omnia accidentia. ita q̃ si deus sola indiuidua sbarũz causaret: illa haberent in se virtutez vñ causarent oia accidentia. Et tamẽ non propter hoc negantur substantie create eẽ in genere. quia continet virtualiter accidentia per modum sui non per moduz accidentium. igitur ex hoc solo q̃ deus continet perfectiones omniuz generum non sequitur ipm non esse in genere. Sed ex absoluta infinitate dei hoc sequitur sicut prius dictum est. Sed contra hoc instat q̃ infinita) simpliciter nõ concludit ꝓpositum. quia philosoph° 6° topichoz increpat diffinitionem linee recte. hanc. s. Linea recta est cuius medium non exit extrema. per hoc q̃ si infinita linea esset: recta esse posset. nõ autem haberet tunc medium nec extrema. non ẽ autez aliqua diffinitio increpanda. quia non conuenit illi quod impossibile est esse in genere. ergo non est impossibile lineam infinitam esse in genere. Et per ꝓs infinita) nõ necessario excluditur a genere. Rñdeo primo ad intentionem auctoris q̃ linea recta est quoddam totum per accidens. Et si hoc totuz diffiniatur assignabitur vna diffinitio correspõdens linee. ⁊ alia corrñdens recte. illud quod corrñdebit recto loco diffinitionis non contradicet formaliter infinito. q; rectum non contradicit formaliter infinito. ⁊ cuicunq; repugnat formaliter diffinitio cidez repugnabit ⁊ diffinitum. Quod aũt i diffinitione illa quam increpat ꝓbus assignatur tanq̃ diffinitio recti est hoc habere medium inter extrema. istud formaliter repugnat infinito. ergo oportz q̃ si diffinitio ista esset bona q̃ rectum formaliter repugnaret infinito. Sz h° est falsuz lz virtualit̃ repugnet infinito quatenus sb̃m suum. s. linea formalit̃ repugnat infinito. non ergo intendit dicere ꝓbs q̃ linea infinita potest esse i genere. sed q̃ rõni recti non repugnat formaliter infinitas. Et ideo illa diffi° cui repugnat formaliter infinitas non est recti inq̃tum rectum. Non. n. increpasset istam. Linea recta est longitudo sine latitudine cuius extrema sunt duo puncta eque ꝓtensa. quia hic eẽt aliq̃d repugnans infinitati. sed illud assignaretur tanq̃ ratio linee non tanq̃ ratio recti. ⁊ tunc bene assignaret. quia cum ipi linee repugnet ifinitas bene assignaretur diffinitio sibi corrñdens: cui repugnat infinitas. Sed alia est difficultas ad rem. vtrum linea infinita possit esse in genere q̃titatis. ⁊ si sic. non videtur videre due rõnes sumpte ex infinitate. Rñdeo. nunq̃ ad summum in inferiori sequitur summum in superiori nisi illud inferius sit nobilissimuz cõtentuz sub illo superiori. Sicut non sequitur perfectissimus asinus ergo perfectissimum animal: sed gratia materie sequitur perfectissimus) homo ergo perfectissimuz animal. quia homo est perfectissimuz animaliũ igitur non sequit optimum siue perfectissimum ens ad q̃ fectissimum aliquid eozuz que continẽtur sub ente nisi illud sit simpliciter p̃fectissimum sub ente. quantitas autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est tale nec aliquid alicuius generis. q2 quodlibz ē limitatum. immo nihil est tale nisi qō ē pfectio simpliciter qō ex se pōt esse ifinitū. ⁊ iō nō sequit pfectissima quātitas. g̃ pfectissimū ens nec etiā sequitur de aliqua re alicuius generis sed tamen sequitur pfectissima ueritas vel bonitas ergo perfectissimū ens. Ita cum infinito qō non tm̃ dicit pfectiōem summā. sed etiam non possibilē excedi. non sequitur infinitum ens nisi precise ad infinitum tale: quod est perfectissimum in quo est ratio entis. qō s. dicit pfectionem simpliciter. Et ideo licet esse quantitas infinita in ratione quantitatis: cuz tamen quantitas nō sit perfectō simpliciter: non sequitur q̃ sit infinitum ens. quia non sequitur q̃ sit ens quod nō potest excedi i perfectione esset igitur infinita linea in genere quātitatis. quia esset limitatum ens simpliciter ⁊ excessum simpliciter a perfectori ente. sed infinitum ens simpliciter ñ potest esse in genere. Et ratio est. quia p̃ma infinitas non tollit omnez potentialitatem quam requirit ratio generis. sed tm̃ ponit infinitatem secundum q̃d alicuius imperfecte entitatis in qua ut illa est bene potest esse cōpositio in quo cūq̃z gradu illa ponatur. sed secunda necessario tollit omnem potentialitatem sicut prius declaratum est. Contra ista obijcitur. quia tunc ponuntur contradictoria concedendo conceptum cōmunem dictum in quid de deo ⁊ creatura: ⁊ negando deum esse in genere. Omnis enim conceptus dictus in quid si est conceptus cōmunis. uel est conceptus generis. uel diffinitionis. alioquin erunt plura predicata quā docuit Aris. in primo thopicorum. Ad istud dico q̃ non sunt contradictoria quod patet auctoritatibus Augusti. 7° de trini. ca° ubi prius. ubi negat eum esse substantiam. ⁊ tamen concedit q̃ propzie ⁊ vere est essentia. sed si esset conceptus aliquis equiuocus essentie ut conuenit deo ⁊ creature. ita posset esse conceptus equiuocus substantie ⁊ posset dici substantia sicut essentia. Similiter Auic. 3°. methaphysice. ca° quarto ubi negat deum esse in genere concedit ipsum ibi ē substantiam. i. ens non in alio. Et q̃ accipiat ens non equiuoce ab illo conceptu secundum quem dicitur de creatura videtur per ipsum primo methaphy. ubi dicit q̃ ens in se non habet principiuz quapropter scientia non inquirit principia entis absolute. sed alicuius entis. Si autez ens haberet alium cōceptum in deo ⁊ creatura bene entis esset principium secundum se quia entis secundum vnum conceptum esset ipsū ens principium secundum alium conceptum. Cum autem arguis si est dictum in quid. igitur est genus vel diffinitio. Respondeo Aristo octauo methaphysice docet quale predicatum dictum in quid sit diffinitio. inducit enim ibi contra ydeas Platonis dicta antistenicorum. quos in hoc approbat dicentes term. inum esse rationem longā. Et post subdit quare substantie est cuius contingit esse terminum ⁊ rationez puta cōposite. siue sensibilis fuerit siue intellectualis. primorum autem ex quibus hoc non est supple diffinitio. Et sū dit rationem. Si quidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua. hoc debet intelligi virtualiter non formaliter sicut alias dictum est. Et subdit ex hoc quidem esse ut materiam. illud vero ut formam. Ex quo videtur ibi arguere q̃ ydea si poneretur non esset diffinibilis. ⁊ si rō sua aliq̃ mō valet pri simplicitatem ydee. multo magis negaret ipse diffinitionem a deo cuius est ipsa simplicitas. sequitur igitur ex auctoritate eius q̃ nihil est dictum in q̃d ō deo vt diffinitio. Ex eodem sequitur q̃

nihil omnino ōr de deo in quid vt genus quicquid enim hz genus potest habere differentiam ⁊ diffinitionē q2. 7. meta. c. 13. aut genus nihil est preter species. aut si est. est quidem vt materia. ⁊ tunc cuius est genus oz ipsū ponere posse habere differentiam tāq̃ formā. si igit aliquid ē dictū ō deo in quid. arguēdo ex auctoritate Ar̃. cōstructiue nō destruciue. sequitur q̃ illud nō sit genus nec diffinitio sed cum infers est genus vl' diffinitio. quia Arist. nō dixit ē aliqua p̃dicata in quid dicta. g̃ nō sunt alia. arguis ab auctoritate destructiue. ⁊ ē falsa ptis. Sed dices tunc Arist. nō tradidit sufficienter omnia predicata i quid dicta. Rñ°. plus in primo tophi cozz. distinxit predicata ppter distinctionem pbleumatū. q2 diuersa pblemata habent diuersum moduz timinādi et diuersitate predicatorū. non ergo enumerat ibi omnia predicata. quia ñ differentiam specificam. lz differentiam generalem collocauerit sub genere. ⁊ ñ differentia specifica habet propriaz rationem predicādi. Spēs etiā hz ppā rationem predicati aliam a diffinitōne aliodn male poneret porphy. quicq̃z vniuersalia. Non igit insufficienē distinxit ibi Arist. predicata. q2 distinxit oia de quib' pbleumata querēda requirūt specialem artem terminādi: quā ibi intendeb ut tradere. transcendentia autez non sūt talia predicata. quia non sunt ō eis specialia pbleumata. pbleuma. n. presupponit aliquid certuz ⁊ querit dubium ex. 7. metha. c. ul. Ens autem ⁊ res imprimuntur in anima p̃ma ipressione. fm Aui. p̃mo metha. c. 5. ⁊ ideo ō cōceptibus illis cōtissimis non sūt pro bleumata p se terminabilia. Nō enim igitur oportuit ea videlicet numerari inter predicata pbleumatuz. Sz nūq̃d Arist. ista predicata generalia nusquā docuit. Respondeo ex octauo metaphy. docuit nihil dici de deo vt genus ex auctoritate preallegata. Et tamē docuit vniuoce dici de deo ⁊ creaintra veritatem secūdo metha. sicut supra allegatum est. principia sempiternorum ē verissima ⁊ in hoc docuit entitatem vniuoce dici de deo et creatura. quia subdit ibi secūdo methaphysice quod sicut vnnmquodq̃z se habet ad esse sic ad veritatem. patet etiam secundum eum q̃ si ens dicatur de deo q̃ hoc erit secundum quid. ergo in istis docuit implicite aliquod predicatum trāscendēs dici in quid. ⁊ non esse genus nec diffinitionem. ⁊ aliqua predicata transcendentia dici in quale vt verum. ⁊ non esse propzia. nec tamen accidentia secundum quod ista vniuersalia competunt speciebus aliquorum generum. quia nihil quod est alicuius generis conuenit deo aliquomodo. Docuit etiaz idem aliquomodo quarto thopicorū. in fine si sequitur aliquid semper ⁊ non conuertitur. difficile est separare quod non sit genus. ⁊ subdit potest vti eo vt genere quod semper est consequens cuz non conuertatur quasi dicat hoc expedit opponenti. ⁊ subdit deinde. alio autem protendente non in omnibus obedire. quasi dicat hoc expedit respōdenti non concedere omne consequēs non conuertibile esse predicatuz vt genus. Et si non loqueretur de predicato dicto in quid non haberet apparentiam illud quod ipse docet opponentem vti tali vt genere. ergo innuit ibi quod aliquid est commune predicatum dictum in quid. quod non est genus. Et qō loquitur ō predicatione in quid. videtur per exempla sua. tranquillitas est quies. predicatio enim in abstractis non est predicatio in quale. vel denominatiua. ergo ⁊c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad argumenta.

tum intellect ⁊ ex natura rei. vel ꝓpa
distinctio que ponet ibi erit ex natura
rei cui oppositū ponis. Preterea. deus
est ex natura rei formalit beatus. ⁊ nō
formaliter in relationibus rōnis. beati
tudo autē eius est formaliter in electio
ne ⁊ volitione. ergo intellectus ⁊ volū
tas que sunt principia istozum ibi ex
natura rei. Confirmatur ista ratio:

per phm. 12°. metha. qui probat q̃ si deus nõ sit actu intelligẽs nihil onerabile inerit ei. se habebit. n. vt dormiẽs. g̃ fm ipsum nõ est pfectus ex natura rei nisi ibi esset formalit̃ intellect° ex natura rei. ⁊ per ꝓsequẽs est ibi intellect° distincte ex natura rei. quia nõ potest intelligi actualis intellectio formalit̃ sine intellectu formalit̃. Preterea si intellectus nõ est ibi formalit̃ ex natura rei sz fundamentalit̃. g̃ intellectus formaliter non est pfectio simplicit̃. quia nõ est ibi melius habere ipsuz formalit̃ q̃ nõ habere ipsuz. imo p te in essentia illa que optima est nõ habet formalit̃ sz tm̃ opposito mõ habendi. g̃ non põt cõcludi ibi esse intellectũ quia est pfectõ simpliciter sed magis videtur sequi oppositũ.

Quid igit̃ dicit Ansel'. monologion. 15°. q̃ quicq̃d est in deo melius est ipsuz q̃ nõ ipsum sicut est de sapiẽte. ⁊ Aug. 15. de trini. c. 4. vel. 5. neqz. n. diuinoz libroz auctoritas tantũ° esse deuz pdicat sed omnis que nos circũstat natura pclamat habere se pstantissimũ conditorem qui nobis mentẽ rationẽqz naturalem dedit qua viuẽtia nõ viuẽtibus predita sensu insentientib°. intelligentia intelligẽtib°. imortalia mortalibus. impotentibus potẽtia. iniustis iusta. bona malis. incorruptibilia corruptibilibus ĩmutabilia mutabilib°. inuisibilia visibilibus. incorporalia corporalib°. beata miseris pferenda videamus. Ac per hoc quoniã rebus creatis creatorẽ sine dubitatione pponimus. oportet eum ⁊ summe viuere ⁊ cuncta sentire atq̃z intelligere. ⁊ paruz post. iustissimũ specio sissimũ optimum ⁊ beatissimum fateamur ⁊c. quere ibi Aug. que ꝓnitia esset illa si rõ naturalis dicit beatuz esse meliorem misero. g̃ deus ẽ beatus. si ipsuz q̃ in creaturis melio° est suo opposito: hoc est ꝓpter eius realitatẽ ⁊ in deo ex natura rei nõ est aliq̃ mõ realitas illa. sed uñ fundamentũ cum opposito mõ formalitatis huius. Q. aũt intellectus qui probat ibi esse ex natura rei sit infinitus ꝓbo. intellectus. n. vt intellectus essentiã diuinã cõphendit vt obiectum formalit̃ infinitũ. nihil aũt cõphendit obiectũ formalit̃ infinitũ nisi ipsum cõprehẽdens sit formaliter infinitũ. g̃ ⁊c.

Preterea intellect° diuinus intelligit simul infinita intelligibilia. fm Aug. 12 de ci. dei. c. 18. ita nec numeros ꝓpter infinitatẽ nescit omnipotens de° ⁊ si vlq̃ ad quandã summã numeroz scientia dei puenit ⁊ ceteros ignorat quis hoc vel demẽtissim° dixerit. ⁊ subdit parũ post. infinitas itaq̃z numeri q̃ uis infinitorum numeroz nõ sit numerus. non tm̃ est incõprehẽsibilis ei cuius sapiẽtie nõ est numerus. Et si dicas intellect° nõ est formaliter infinitus inquantũ intellectus sed inquantũ est idẽ essentiã diuine infinite. ⁊ ideo nõ habet inquãuz intellectus q̃ sit principiũ pductiuum alicuius psone infinite. ⁊ ita non erunt secunde p'one diuine. Contra hoc arguo. quia hoc mõ posset dici q̃ paternitas est formaliter infinita q̃ est idẽ entie infinite. ⁊ tunc nõ esset magis inconueniens finitũ nõ esse formaliter intelligentẽ q̃ ipsum nõ esse formalit̃ piem. q̃ est manifeste absurdũ. Probat enã ex alio. quia illa que nõ sunt formalit̃ infinita in diuinis si accipiant in abstracto non predicant de se inuicem etiam per ydemptitatẽ sicut nec formalit̃. hec. n. non concedit̃ paternitas est innascibilitas. cuius ratio dicta est di. 8. q. ò attributis. quia illa abstractio tollit illud quod fuit causa veritatis. s. ydemptitatem extremoz. q̃z vt pcise sumunt neutrum ẽ formaliter infinitũ. ⁊ ideo neutrum vt pcise abstractiue sumptum includit q̃ sit idem alteri. sed ista est vera intellectus est pfinitas ⁊ intellectus est filiatio. licz nõ sit formalis pdicatio g̃ intellectus habet infinitatez formalẽ qualem nõ hz filiatio vel paritas vl̃ innascibilitas. Et si queras est ne intellect° omnino infinitus formaliter ex se sicut essentia. Rñdeo potest dici q̃ sicut distinguẽdo res ab inuicẽ aliqua res ẽ infinita a se ⁊ in se. sicut pater ⁊ prima psona in diuinis aliqua res est in se infinita. sed nõ a se sicut filius ⁊ spirit° sanctus. aliqua autẽ res est ex se finita ⁊ in se simpliciter finita. sicut creatura. Ita cõsiderando aliqua que nõ sunt formaliter eadẽ potest aliquid accipi tanq̃ infinitum in se ⁊ omnino a se. sicut essentia diuina que est radix ⁊ fundamentũ que infinitatẽ a nullo habet. vnde Jo. Damã. c. 12. esse dei ẽ velut pelagus substantie infinitũ ⁊ indeterminatũ. aliq̃d aut est infinitũ per se ⁊ in se sed nõ omnino a se tanq̃ prima radix ⁊ fundamẽtum omnis infinitatis. sicut attributa diuina. que fm eundẽ Damã. c. 5. debẽt aliquid quasi circa essentiã. ⁊ bene possunt esse talia formalit̃ infinita ⁊ in se ⁊ per se. sed radicaliter in essentia sicut in fundamẽto cui sunt eadem. vlterius aliquid est q̃ nec in se formaliter est infinitum nec idem formaliter infinito sicut personales ꝓprietates. Sed que ratio quare ista non habent formalẽ infinitatem aliam ab eẽntia sicut intellect° habet hoc alias poterit patere.

Ad argumenta

ꝓ opinione ista nunc vltimo improbata cum dicit infinitũ ex se omnino indistinctum põt esse principiũ distinctoz. veruz est vbi illa distincta nõ requirũt ex ratiõe sui distinctionẽ priorem in principijs. talez autẽ requirit pductio libera ⁊ naturalis. quia ad illa nõ potest esse prima distinctio. sed pcipitur aliqua distinctio in principijs que aliquo modo habent principiare naturalit̃ ⁊ libere personas diuinas. Et per hoc patet ad cõfirmationem illaz que adducit ibi q̃ essentia habet sapientiã bonitatẽ ⁊ omẽs alias perfectiones attributales ante omnem consideratione intellectus ⁊ hoc absq̃z omni distinctione ꝓsupposita in eẽntia verum est quia ille pfectiones attributales non requirũt oppositum moduz principiandi nec distinctionẽ in principijs. ita enim essentia naturaliter est intellectus sicut est voluntas. similiter illa attributa nõ sunt ꝓprie principiata ab essentia diuina licz eẽntia diuina cõcedatur aliquo modo habere rationez perfectionis radicalis ⁊ fundamẽtalis respectu eorum.

Ad questionem

respõdeo q̃ productiones seipsis formaliter distinguuntur. generatio enim formaliter se ipsa est generatio. Et spiratio seipsa est formaliter spiratio. Et ex rationib° formalibus eorum impossibile est generationem esse spirationẽ circũscripto per impossibile quocunq̃z alio. Ita q̃ non oportet querere quibus distinguunt. q̃z tota ratio formalis vnius est non eadẽ toti ratiõi formali alterius. Hoc apparet per Aug°. 15. de trini.. c. 27. vbi dicit. Sic enim videbis quid distet natiuitas verbi a pcessione doni. Et paulo post voluntatez de cognitione pcedere nõ tamen esse cognitionis imaginẽ ⁊c. quere totum vbi vult ex pcessionũ distinctione cõcludere distinctionẽ personarum pcedentium. Similiter. 5. de trini. c. 9. vl. 32. cur spiritus sanctus nõ sit filius cuz tamẽ a patre exeat. Et soluit dicens. exit enim nõ quomodo natus sed quomodo dar°. soluit ergo ibi questionẽ de distinctione psonarum p distinctas earum emanationes. Et si obicitur q̃ emanationes nõ sunt a se. ergo nõ distinguunt a se. ꝓsequentia ꝓbatur. quia a quo aliquid habet entitatem ab illo habet vnitatẽ. 4°. metha. quia dicunt ad cõuertentiã ens ⁊ vnũ.

Respõdeo differẽtie specifice nõ sunt a se effectiue ⁊ tamẽ sunt seipsis primo distincte formaliter. ab eo tamen sunt

distincte effectiue a quo habet esse effectiue. distingui autē primo formaliter nō est distingui per aliquod inclusuz in vno aliquo. ⁊ in aliquo cōuenire. sed se toto formaliter distingui. etiaz si p impossibile omne aliud a ratione sua circūscribatur. Ita dico q̄ si differētie vltime opposite essent. se totis distingue rentur ⁊ se totis essent pmo diuerse formaliter. Ita dico in ꝓposito q̄ si p impossibile iste persone distincte vel ꝓductiones possent esse imprincipiate se totis essent formaliē distincte. ita q̄ nihil formaliter inclusuz in vna esset formaliter inclusum in altera. Et tamē sicut principiata sunt ita ꝓncipiatiue seu originatiue distinguunt a suis ꝓncipijs intellectu. s. ⁊ voluntate. que nō tantū distinguunt ratione sicut argutum ē contra penultimā opinionē. sed intellectus formaliē nō est voluntas ex natura rei Et cum infinitas addita alicui nō variat rationē eius formalē. intellectus infinitus nō est formaliter voluntas infinita. Et licz nō necesse sit distinctiōez illā formalē reducere ad aliam inquantū ē formalis. tamē quod est formale in ꝓncipiatis reducitur ad istā distinctionez principioꝝ.

Ad argumēta prīcipalia.

Ad primū dico q̄ videt concludere cōtra eos qui ponūt quasi subiectum generationis esse essentiaz diuinam. Nam cū in creatur̄ generatio sit naturalis ex inclinatione ꝓncipij passiui nō autem ex ratione principij actiui quia si volūtas mea generaret ignē de materia illa. generatio passiua esset naturalis ꝓpter inclinationez potētie passiue ad formā licz principiū actiuū eēt liberum. Ita videt si diuina essentia esset quasi subiectum in diuinis respectu ꝓprietatum personaliuz. eque naturaliter inclinaret essentia ad proprietatez spiritus sancti sicut ⁊ filij. ⁊ per consequens ꝓductio spiritus sancti. s. passiua esset eque naturalis sicut ⁊ filij. licz ab alio principio actiuo esset hec ꝓductio ⁊ illa. Sed cōtra me nō concludit quia nego ibi generationē sub ratione mutatiōis. ⁊ omnino quodcūq̄ passiuum respectu actus sicut patuit. di. 5. Sed precise pono ibi generationē sub ratione ꝓductionis cuius termini sunt producens ⁊ ꝓductuz. precise igit̄ dicetur illa generatio naturalis. quia illa habitudo inter ꝓducens ⁊ ꝓductum ē naturalis ⁊ naturalitas huius habitudinis est ex parte naturalitatis ipsius producentis. quia producit primo naturaliter inclinatō ad agendū. ⁊ hoc modo non spirat pater. Alio modo dicit q̄ generatio sumitur vno modo p generatione substātie. vl alio modo specialiter p productiōe viui ex viuo. ⁊ hoc modo dicit animal generari ⁊ nō ignis Et ibi ꝯmuniter ꝯcurrit ex parte agentis inclinatio naturalis siue forma nālis que est principiū generādi. ⁊ hc mō vltimo videt eē gnātio in diuinis. Prima rōsio forte ē melior. Ad 2m dico q̄ qñ ꝯparant̄ duo ad 3m illimitatū fm illud 3m nō sequitur ex vnione eoꝝ in 3o: vnio eoꝝ inter se. Exm. si ego sum cuz deo hic. ⁊ papa sit cuz deo rome. g̃ ego sum simul cuz papa. nō sequit. q̄ deus est illimitatus fm pñtiaz. q̄ est pñs oibus locis. Ita etiā non sequit ego sum cum eternitate. ⁊ Abrahā fuit cuz eternitate. g̃ ego sum vel fui simul cū Abraham. q̄ deus eīnus ⁊ eternitas eī sunt illimitata. Ita dico in ꝓposito q̄ pater habet in se duplicē fecunditatez pfecte. vtraq̄ aūt ꝓductio cōrñdet vni fecuditati. ⁊ ideo pater respectu duarū ꝓductionū est illimitatū vel quasi indeterminatū cōparatū ad determinata. ⁊ iō non sequit q̄ si vtraq̄ ꝓductio sit vniuoca. in 3o tali. q̄ ille ꝓductōes sunt vniuoce inter se. Cōtra istud arguitur sic. Si ꝓductiōes nō sunt vniuoce ſz sunt alterius rōnis. g̃ ⁊ termini ꝓductionū erunt alterius rōnis. ex. 5. phys. igit̄ cū in terminis ꝓductis requirāt talem distinctionē formalē termini nō erūt vniuoci alicui tertio. g̃ ex opposito si termini sunt vniuoci alicui 3o ⁊ ꝓductiones erunt vniuoce inter se. Preterea intellectus ⁊ voluntas ꝓut sunt poe operatiue requirunt distinctionē formalē in obiectis. ⁊ si respectu obiectoꝝ eēnt potentie ꝓductiue talē ꝓducerēt distinctionem in obiectis. g̃ cuz termini ꝓducti requrant talē distinctiōez formalē termini nō erunt vniuoci. Preterea ꝓductū per intellectū ex vi ꝓductionis siue ē nō ficta genita. ꝓductū aūt p modū volūtatis est amor ꝓcedens. sed notia vt notitia ⁊ amor vt amor vident alteri rōnis formalis. g̃ rē. Ad pm dico q̄ illa ꝓpositio de motibus ⁊ terminis que adducitur ad ꝓpositū nō est vera nisi qñ alie due sunt vē. s. q̄ fora fluēs fm quā est motus est eiusdē rōnis cum fora terminante. ⁊ motus ē eiusdē rōnis cū fora fluente. Ad ꝓpositū igit̄ applicando. ꝓductio sita ñ est fluxus aliqs neq̄ forma fluens. neq̄ est eiusdē rōnis cum forma que ē terminus formalis ꝓductionis. q̄ formalis terminus ꝓductiōis ē aliqd essentiale. ꝓductio aūt est relatio formalis. ⁊ ideo nō oportet ex distinctione ꝓductionū cōcludere distinctionē formalē terminoꝝ. Exemplū huius qd dictū est de motibus patet ex. 5. phys. q̄ idem vbi pōt acquiri p motū rectuz ⁊ per motū circularē qui sunt oino alterius speciei. sicut ꝓbat ex. 7o. phys. q̄ nō sunt cōparabiles. sed hic forma fm quam est fluxus in motu si est eiusdē rationis cuz termino nō est ex hoc distincta ratione motuū. Ista rōsio tacta est. ē. di. 2. q. de ꝓductionib̄ pro argumento ꝯmentatoris. Et si obiicias saltem primi termini. s. termini formales erunt nō vniuoci exquo ꝓductiōes nō sunt vniuoce. ⁊ ita plone que sunt pmi termini erunt nō vniuoce inter se. ⁊ ita neq̄ erunt vniuoce in tertio. Rñdeo productio nō inciudit formaliter essentiam diuinā. persona autē includit formaliter eam. q̄ persona nō est tm̄ proprietas siue relatio. sed ypostasis subsistens in natura diuina. sicut fora. nō tm̄ includit ꝓprietatez indiuidualē. sed etiam naturā humanā. licz enim pmi termini sint eiusdem rōnis cū productiōibus quantū ad hoc q̄ pmi tmini includunt relationes ⁊ ꝓductiōes sint relationes nō tm̄ sunt eiusdez rōnis q̄si adequate. q̄ pmi termini nō tm̄ includunt relationes sed etiā absolutū. ⁊ tunc nō oportet eas tm̄ distingui sic productiones distinguunt. q̄ que includunt aliq̄ distinctiua nō oportet tm̄ distingui sic illa. vt dictū est. ē. di. 8. q. illa. vtꝝ deus sit in gnē. q̄ dñie sunt pmo diuerse. nō tm̄ includētia eas sunt pe diuersa. Ad aliud de potentijs dico q̄ vt sunt potētie operatiue non reqrunt distinctū obm̄ formale. imo illud idē qd est pmū obm̄ formale intellectus diuini est etiā pmum obiectū ⁊ forale volūtatis diuine. ita q̄ vtraq̄ potētia beatificat in eodez obiecto primo fm eandē rationē formalē pmi obiecti. nulla. n. pfectio quasi radicata in ipsa essentia diuina est pmo beatificatiua intellectus vel voluntatis diuine. sed ipsa essentia diuina sub oimoda prima ratione. vt. s. est fundamentū oīs pfectionis in diuinis. ita q̄ argm est ad oppositū. quia sicut non requirit distinctio formalis in obiectis vt sunt poe operatiue. ita nec in potētijs vt sunt ꝓductiue. Ad 3m dico q̄ nō est ad ꝓpositum. q̄ tenētes in diuinis generatiōez esse equiuocā in se haberēt dicere eam in se equiuocā esse propter equiuocationem termini ꝓducti a producente. Similiter habet dicere spirationē in se eē equiuocā propter differentiā spirantis a spirato. nō igit̄ sufficeret eis ad istam conclusionē q̄ genitum ⁊ spiratū essent

Universidad de Deusto
Biblioteca

equiuoca. Argumentū aūt in se si quid probet non ꝓbat nisi distinctionē geniti ⁊ spirati. vel formaliū terminoꝝ generationis ⁊ spirationis. ⁊ ita nō ꝓpositum coꝝ Sed cōtra arguo sic. non tm̄ noticia vt noticia ⁊ amor vt amor sunt alterius rationis. sed etiaz noticia vt noticia actualis est alterius rōnis a memoria. Et amor vt amor est alterius rationis a volūtate vt est actus ꝑmus. ergo si concedat distinctio formalis in terminis ꝑductionuz. s. noticie ⁊ amoris ⁊ q̄ ꝑducant isti termini. s. noticia ⁊ amor virtute memorie ⁊ voluntatis oportet cōcedere distinctionē formalez principij productiui a termino formali ꝑducto. ⁊ ita equiuocationē in vna ꝑductione. Rndeo potest dici q̄ illud assumptū. s. q̄ genitū ex vi ꝑductionis sue. s. generationis sue sit noticia actualis. potest distingui de ꝑmitate originis ⁊ primitate adequationis. Si intelligatur de primitate originis potest negari quia tūc nō essent tres ꝑsone vniformiter deus. essentia eniz in patre intelligit esse in eo quasi principiū ⁊ fundamentum cuiuslibet pfectionis. Et tunc si in filio ꝑintelligit noticia ante essentiam: filius tunc nō haberet essentiā ante qō cunqz aliud in se. sicut nō ante noticiā ⁊ ita nō esset vniformiter deus cum patre. Quantū igit ad istam primitatē licz non sit originis correspōdet tamen primitati originis pluriū perfectionuz in vna creatura. potest dici q̄ primū i quacūqz persona est ēntia. quia quando aliquid cōtinet in se plures pfectiones cōmunicabiles: cōmunicans illud vnum cōmunicat omnes pfectiōes in eo. eo ordine quo nate sunt esse in illo vno. Exemplū tam in distinctione rerum q̄ nō rerum. tamē ex parte rei. primum quidez. si ignis generaret totum ignem ⁊ ꝑduceret tam materiā q̄ formam ꝑius origine cōmunicaret materiam q̄ formā eo ordie. s. quo illa sunt in generante. Exemplū secūdi. ignis ē substātia corporea inanimata ⁊ elemētum. sicut tunc sunt ista p ordinem in igne generāte sita cōmunicant simili ordine igni genito. ⁊ tamē primus terminus ꝑm adequationē est ignis vt ignis quia hoc est quod ꝑncipaliter intendit ignis generans. ⁊ in quo pfectissime sibi assimilat ignis genit⁹. s. ignis vt ignis Ita pōt dici in ꝓposito q̄ licz essentia diuina in qualibet ꝑsona sit oino primum quasi fundamentuz cuiuslibet pfectionis essentialis. prima tamē persona appropriate habet memoriā ⁊ virtute illius ꝑncipij ꝑductiui ꝑducit prima ꝑductione adequate secundaz ꝑsonam. ⁊ secūda persona quasi adequate principio ꝑductiuo ꝑducit vt noticia actualis. ⁊ spiritus sanctus q̄si adequatus suo ꝑncipio ꝑductiuo producit vt amor actualis. Sed adhuc videt stare argumentū. quia vniuocatio vel equiuocatio magis videt cōcludi ex ꝑmitate adequationis q̄ ex ꝑmitate originis. licz enim sol sit substantia ⁊ vermis sit substātia. nō ꝓpter hoc dicit generatō vniuoca vermis a sole. quia nō assimilat sibi terminū in forma specifica. Ita igitur hic videt equiuocatio et quo primus terminus ꝑductus adequat⁹ non est omnino vniuoce eiusdē rationis cū principio ꝑductiuo. Rndeo ⁊ dico q̄ nō est equiuoca ꝑductio si principiū ꝑductiuum nō est eiusdē ratiōis cum termino formali ꝑducto loquendo de termino formali ꝑmo ꝑducto ⁊ de principio ꝑmo ꝑductio. sed requirit q̄ illud qō est ꝑncipiū ꝑductiuū nō cōcet eiusdem rōnis genito ⁊ q̄ illud qō est terminus formalis in ꝑducto non sit eiusdē rōnis in ꝑducente. opposita aūt istorū sunt in ꝓposito. qz memoria est formaliter in noticia genita actuali. ⁊ notitia est formalis in ꝑsona gnānte licz neutz istoꝝ sit ꝑma ratio ꝑducendi ⁊ prima ratio terminandi ꝑductionē.

Reterea dilig/

genter ⁊c. Circa istam. i4. d. ⁊ duas sequētes. s. i5. ⁊. i6. vbi magist agit de ꝑcessione tēporali spiritus sancti querit vnum. Utrum quelibet persona diuina mittat qualibet ꝑsonā ⁊ mittatur. Videt q̄ sic. qz quicquid est ēntiale in diuinis conuenit tribus. Missio tam actiua q̄ passiua est quid essentiale. quia dicit respectū ad creaturas. respectus autē ad creaturaz cōmunis ē tribus. Q aūt tam mittē q̄ mitti dicat respectū ad creaturā probat quia dicit de deo ex tempore. nihil aūt dicit de deo ex tpe nisi qō dicit respectuz ad creaturā. Item in Jo. ō patre dicit sal uator ⁊ de seipso. ad eum veniem⁹ ⁊c. g̃ pater etiam venit tpaliter ad aliquē. hoc venire dicit aliquē effectum trinitatis. g̃ videtur q̄ pater possit mitti a tribus ꝑsonis sicē filius ⁊ spiritus sanctus.

Item fm Aug. ad Dardanū quelibet persona dat ⁊ daf. g̃ pari ratiōe mittit ⁊ mittit. Cōtra. Aug. 4. de trini. c. 20. Sed pater cum ex tēpore a quo q̄ cognoscitur nō dicit missus. nō n. habet de quo sit aut ex quo ꝑcedat. Ad hoc etiam adducit magr̄ auctoritatē Aug. in littera.

In ista questione

videt esse opinio magistri q̄ mitti non conueniat tribus sed tm̄ duabus personis procedētibus. qz fm. Aug. nulla persona mittit nisi que habet aliaz de qua sit. fm hoc mitti dicit respectū ad creaturā tamē ꝓnotando respectū processionis eterne. sed mittere ē cōe tribus fm magrm. quod probat p auctoritatē Aug. 2. de tri. c. 6. vel. 2. vbi dicit Aug. de filio proinde mitti a pē sine spiritu sancto nō potuit. Et ꝓbat. qz pater intelligitur misisse cum fm q̄ fecit euz ex femina. quod nō fecit pater sine spiritu sancto. g̃ spiritus sanctus misit filiū. Et constat q̄ seipsūmet misit: sicut habet ab Aug. in eodē. c. g̃ mittere ꝓuenit cui cunqz ꝑsone. Et hoc probat magr̄ per rōnem. qz alias aliqd efficeret vna persona trinitatis quod nō alia. cum mittere sit effectū aliquē creare. Cōtra istā opi. potest argui. Si mitti ꝓportat aliquo modo duplicez respectū eternū ⁊ temporalē c ūnō dicat respectū nisi ad eum cui mittit vel ad mittentē. patz q̄ primus est cōis tribus. qz est respectus rationis ad extra. secūdus aut est realis aut rōnis. si rōnis g̃ potest esse in patre respectu sui sicut pater pōt dari ⁊ dare Non. n. repugnat patri mitti ꝓpter respectū ratiōis tm̄. Si mitti dicat respectum realem tm̄ ad mittentē puta processionē a mittente. igit mittere non est essentiale. qz tunc spiritus sanctus non mitteret filiū cum nō ꝑducat eū. Preterea. mittere ⁊ mitti vident idē significare licz diuersimode quātū ad modos grāmaticales. igit si vnū ꝓnotat aliquē respectū ad intra reliquū ꝓnotabit. Si igitur mitti cōnotat ꝓduci. igit mittere cōnotat ꝑducere. Et ita neutrum est mere essentiale. vel si vnū nō ꝓnotat respectū ad intra nec reliquū sed tm̄ respectum ad aliqd extra. Et ita vtrūqz erit cōmune tribus. Et hoc ē q̄ sic breuiter potest argui. Si mitti includit ꝑducī. g̃ mittere includit producere. ergo spiritus sanctus nō mittit filiū. quia nō producit euz. Preterea mittere ⁊ mitti videntur dicere relationes oppositas. g̃ si mittere nō includit ꝑducere nullo mō correlatiuū includit correlatiuū.

Videtur aliter pos

se dici ad questionē. Manifestū est. n. fm intentionē Aug. 4. de trini. c. 20. q̄ pater nō dicit missus. g̃ oportet q̄ mitti cum hoc q̄ dicit respectū ad extra cōnotet productionē ad intra. Et tunc rationabile videt ꝓsimiliter dicere de mittere q̄ licz dicat principaliter respectuz

actiōis actiue ad extra. tñ ꝓnotat respectum ꝓductionis actiue ad intra. ⁊ sic neutrū est mere cēntiale sz mitti tñ cōuenit ꝑsone producte ⁊ mittere tñ ꝑsone ꝓducenti. Et ita sunt oue ꝑsone mittentes. s. pater ⁊ filiꝰ. ⁊ oue tñ misse. s. filius ⁊ spiritꝰ scūs. Nec aliqua ꝑsona seipsam mittit nec ꝓducta ꝓducentez. Huius siʒe pōt haberi in alio. nam pat dicit ꝑ verbū creare. Et posset ꝓcedi filium creare per. s. s. non aūt sic ez°. vbi creare ꝑ filiū nō dicit absolute actionē ad extra. sed actionē cum auēte. ⁊ in hꝰ ꝓnotat ꝓductionē actiuā in operāte respectu illius ꝑsone ꝑ quā quasi subauctoritate operat. Ita posset dici q̄ mittere ꝑsonā est opari ꝑ eam. ⁊ ita opari effectū cum illa ꝑsona ꝑ modū auctoꝛ dantis illi ꝑsone actionē. qō tñ ꝓuenit ꝓducenti respectu persone ꝓducte. Et mitti diceret idem qō sub auctoritatē operari virtute ꝑsone mittentis. qō nō est nisi qñ ꝑsona opans accipit ab alia virtutē agendi. Et ad illud qō magr adducit ꝓ se de Augꝰ. q. s. s. mittit filium. Et q̄ filius mittit se posset exponi ꝑ primū de filio incarnato nō de filio vt icarnādo. quō Ambꝰ. in. 3. li. de. s. s. c. 2. vel. 3. dicit q̄ spūs dñi misit filiū sicut legit Isaꝰ. 61. Spiritus dñi sup me. ⁊c. bene dicit Ambꝰ. spūs dñi misit me ad ꝑdicandū qz quasi filius hois ē missus ⁊ vnctus. nam fm deitatē non sup xpm est spūs. sed in xpo. g̃ illa auētas ysa. que dicit xpm missum a. s. s. intelligitur de xpo hoie. nō autē de missione verbi eterni incarnādi. Siʒ posset exponi illa auētas q̄ filius misit se. Ad argumētū etiā mgr̃i posset dici q̄ ꝓnia nō valet. qz ꝓmutat qualiter in quid. nō. n. sequit filius nō operat ꝑ filiū sic pater ꝑ filiū. g̃ pater aliquid operat qō non filius. sed sequit g̃ aliquo mō alio operat pater quō nō operatur filius. qz auctoritatiue est: ⁊ hoc est verū. Ita etiam si pater mittat filium ⁊ nō filius sed oz inferri q̄ auētas agēdi effectū in creatura est in ꝑie ⁊ nō in filio. ⁊ hꝰ est verū.

Licet aūt hec uia

videat ꝓbabilis. tñ quia auētes Augꝰ. videnť sonare nō tñ de xpo hoie misso sed de verbo eo misso. quia incarnā do sicut ipse dicit. intelligit missio ipsa incarnatio. ideo pōt teneri opinio magistri. hoc modo fm Augꝰ. 4. de tri. c. 20. vel 50. cum ex tēpore cuiusq̄ perfectus mente concipit mitti quidē dicit. Et planius hoc idez paulo post. mitti ē filio cognosci q̄ a ꝑie sit. Ita spūs sancti mitti est cognosci q̄ ab illo ꝓcedat. mitti g̃ est manifestari ꝓcedere. nec conuenit oibus ꝑsonis. qz non oēs ꝓcedūt ⁊ mittere est manifestare ꝑsonā ꝓcedēť hoc manifestat est mere cōe. qz tota trinitas manifestat ꝑsonā ꝓcedentē procedere. sed manifestari ꝑsonā ꝓcedere cōnotat ꝑsonā ꝓcedentē. Et si ista sunt significata istoꝝ vocabuloꝝ. qz significata accipienda sunt ex vsu auctoꝝ: sequitur q̄ mittere sit mere cēntiale. nec cōnotat respectū realem eternū in mittente. Sed mitti ꝓnotat respectū in persona missa quatenus manifestat eꝰ ꝓcessio eterna. Et possz quidē aliud verbum imponi qō significaret manifestare ꝑsonā ꝓducere ⁊ eius passiuū qō significaret manifestari ꝑsonā ꝓduci. ⁊ illud actiuū esset cōe tribus ꝑsonis. passiuum tñ ꝓpeteret duabus ꝑsonis que producunť. Scōm hoc ad argumēta que sunt ꝓtra opi magistri. Ad ꝑmū dico q̄ mitti dicit respectū rationis ad mittentem formaliter sed ꝓnotat respectum eternū. non quidē ad mittentem quia mittēs. sed ad aliquem indistincte vnde hec ꝓpositio ē neganda q̄ mitti nullū respectū dicit nisi ad euz cui mittitur vl ad mittentē si intelligat inquantum mittens ⁊ hoc tam de ꝑncipali significato q̄ de ꝓnotato. dicit enim cōnotando respectū ꝓcedentis ⁊ hoc ad

producens nō inquantū mittens. quia ertā aliqua ꝑsona mittēs pōt esse nō ꝓducens. siʒ semp ꝓducens sit mittens.

Ad 2ᵐ cōcedo q̄ actiuū ⁊ passiuum significant idē sub alio ⁊ alio mō grāmaticali. sed aliquid idem pōt esse cōnotum in vtroq̄z qō nō diuersificat penes illos modos. Manifestare quidē ⁊ manifestari que principalē important diuersificant penes illos diuersos modos sed nō ita hoc qō est ꝑsona ꝓcedere. illud enim est qō ꝓnotat vniformiť tam per actiuū q̄ per passiuū. Exemplū huius in alijs. scio ignē calefacere ⁊ scitur ignem calefacere. Iz hec sit variatio grāmaticalis quantū ad scire ⁊ sciri nō tñ quantū ad illud quod notat esse terminus ipsius scire. illud enim vniformiter se habet vtrobiq̄z. Et si imponeret vnū actiuū ad significandū hoc totum scire ignē calefacere. suum passiuū nō ꝓnotaret sciri ignez calefieri. sed tñ ipsam sciri per modū passiui ⁊ illud aliud ꝓnotaret per modū actiui. Et ꝑ hoc patz ad illam cōfirmationē mittere ⁊ mitti sunt correlatiua quantū. s. ad formalia significata. ⁊ vtrūq̄z dicit ꝑ se respectū rationis tamen vnum istoꝝ pōt includere vt ꝓnotatum aliqō extremū relationis ⁊ reliquū non includere correlatiuum illius sicut i exēplo posito apparet q̄ illud verbū sic impositū includeret calefacere ⁊ tñ verbū passiuū corrōdens sibi nō includeret hoc quod est calefieri.

Ad argumenta

princi palia. Ad primū dico q̄ non oē dictū de deo et ꝑe est cōe tribus qñ importat nō tñ respectū ad creaturā sed cum hoc cōnotat respectū intrinsecū sicut est de mitti. Ad 2ᵐ cōcedo q̄ pat venit inuisibiliter ⁊ inhabitat. sed tñ nō dicit mitti. qz non habet de quo sit. non. n. manifestatur ꝓcedere nisi ꝓcedat. tñ manifestari pōt absolute vel manifestari q̄ ꝓducat. sed manifestari sic nō notat permitti. Ad 3ᵐ concedo q̄ quelibet ꝑsona dat quālibet. quia dare est liberaliť cōmunicare. quelibet aūt seipsam cōicat liberaliter voluntate vt sui est. Nec sequitur ex hoc q̄ quelibet mittat quālibet: quod iam patet quia dare nō includit talem respectum intrinsecū qualem includit mitti.

Ꝛrca distinc.

17. quero. Utruz necesse sit ponere charitatē creatā formaliť inherētē nature beatificabili.

Qz nō. Aug. 8. de tri. c. 7. vel. 31. Qui diligit ꝓximū ꝓñs est vt ipsam ꝑcipue dilectionē diligat. dilectio aūt est deus ꝓñs igit est vt diligat deum. Quero quomodo accipit dilectionē in minore si formaliter: habeo ꝓpositū. si effectiue tunc erunt quatuor termini. qz maior nō est vera nisi de dilectione formali. q̄ diligit ꝓximus. Si etiaz dicas q̄ ꝑter istam dilectionē que est spiritꝰ sanctus est alia dilectio formaliť. ergo fallacia cōsequentis est in argumēto. arguendo sic. diligit dilectionē formaliter. g̃ hanc quia antecedens potest verificari pro alia. si ergo argumentuz debeat tenere oportet q̄ deus sit formaliter dilectio. que est formaliť in diligēte respectu ꝓximi. Item de trini. 15. c. 18. vel. 49. nullum est isto dei dono excellentius. supple quod est charitas. sed nullū donum dei est excellentius spiritu sancto. ergo spiritus sancꝰ est charitas. Istud argumentuz simiʒliter non valeret nisi esset de charitate formali. ⁊ q̄ spiritus sanctus precise erit illa. Si dicatur ad istas auctoritates q̄ spiritus sanctus dicatur charitas causaliter. Obuiat in hac littera magr adducens augmentū q̄ ipse intelligat formaliť. dicit. n. in. 15 de trini. c. 17. vel. 43. neqz. n. dicturi sumus non ꝓpterea deū dictū esse charitatem q̄ ipsa charitas sit vlla sba que

dei digna sit nomine. sz q̃ donũ sit dei sicut dictũ ē deo. quoniã tu es pacientia mea. nõ vtiq̃ ꝓpterea dictum est quia dei substãtia est nostra pacientia. sed q̃ ab ipso nobis est. sicut alibi legit. quoniam ab ipso ē pacientia mea. hũc quippe sensum facile refellit scriptura. ipa locutio. tale enim est tu es pacientia mea: quale est domine spes mea ⁊ deꝰ meus misericordia mea. ⁊ multa similia. non est aũt dictũ domine charitas mea. aut tu es charitas mea. sed ita dictũ est deꝰ charitas est. sicut dictũ est deus spiritꝰ est. Preterea per rationẽ. omnis creatura potest intelligi nõ bona. quia ē bona per participationẽ charitas non potest intelligi nõ bona. videt enim bona per essentiã. g̃ ⁊c. Cõtra. Aug. de moribus ecclesie. 4°. c. ptractans illud ad romanos 8°. Quis nos separabit a charitate xpi ⁊c. Charitas inquit dei hic dicta est virtus q̃ animi nostri rectissima est affectio.

Vlxta istã que

stionem aliã in generali ꝓponodo habitu. Utrum sit necesse in habitu ponere rationẽ principij actiui respectu actus. Q̃ sic. habitus est quo hñs vtitur cum voluerit. fm cõmentatorem 3° de aia. sed vti ꝓpetit agenti. nam patiens ꝑncipio passiuo nõ vtitur. Preterea. quatuor cõditiones attribuimus habenti habitũ. ꝑmo q̃ operat delectabiliter. faciliter. expedite. ⁊ ꝑmpte. ex qualibet potest argui ꝓpositũ. Ex ꝑma quia actus qui fuit ꝓius discõueniens agenti nõ fit sibi ꝓueniens nisi ipm inquantũ agens aliter se habeat. igit ꝑ istum habitũ per quem cõuenit sibi sic operari fit cõueniens sibi. ⁊ ita delectabile ipsum aliter se habet habitu agẽs inquantũ agens. Ex secũda via arguit. quicquid est ex se summe dispositũ ad paciendũ nõ indiget facilitari vt patiatur. sed potẽtia habitualis sicut voluntas ⁊ intellectꝰ est ex se summe disposita ad recipiendũ actus. q̃ nõ habet cõtrarium. ⁊ ꝓpter hoc nõ indiget motu ad hoc vt agat. g̃ habitus ꝑ quẽ facilitatur disponit ipsam ad agendũ nõ ad paciendũ. Ex 3ª ꝓditõe arguit. Quia cui ꝓpetit impediri ei cõpetit expeditio sed impediri conuenit agẽti quãdo virtus eius actiua deficit ⁊ ab alia superatur. igit habitus ꝑ quẽ ꝓuenit alicui expedite operari est ipsius vt actiuus est. Ex 4ª via arguit. q̃ cuius est tarde ⁊ nõ prompte opari eius est etiã ꝑmptitudo. sed nõ prompte opari ꝓuenit agẽti inquantũ actiuũ nõ passiuũ. g̃ ⁊ ꝑmptitudo quã tribuit habitus ꝑtinet ad agens inquantũ agens. Preterea. ad principale habitꝰ inclinat potentiã ad actũ. duplex aũt est inclinatio. s. potentie passiue ad formam. ⁊ potẽtie actiue ad agere. habitus nõ inclinat ꝑmo modo. nam habitus recipit in potẽtia immediate alioquin actus pfectus ⁊ imperfectus nõ haberẽt idem susceptiuum. g̃ inclinat 2° modo vt ꝑncipiũ actiuũ ad agere. q̃ d̃ est propositũ. Preterea fm phm. 8. phys. ⁊ 2. de aia. anima añ sciẽtiam est in potẽtia essentiali. habẽs aũt scientiam est in potẽtia accẽtali. q̃ aũt reducit de potẽtia eẽntiali ad accẽtalem respectu operationis videt esse principium actiuũ respectu eius. quia ē quo habens operatur. vnde phs vult 2° de aia q̃ sicut sciẽtia est qua scimus ita aia est qua viuimus ⁊ sentimus ⁊c. Et per ꝓsequens sicut anima est quo agimꝰ actus vitales. ita scientia est quo actiue speculamur. Preterea aliquis habitus est practicus ⁊ talis est actiuus vt prudẽtia aliquis factiuus vt ars. ratio practici i cõmuni ⁊ specialiter factiui videtur cõcludere in tali habitu rationẽ principij actiui. Contra. relatio nõ est principium actiuũ nec aliquid essentialiter includens relationẽ. habitus antez est ad aliq̃d. fm phm. 7. phys. g̃ ⁊c. Cõfirmat

Confirmat. quia nõ minus requirit entitas realis absoluta in ꝑnꝰ motus q̃ in termino motus. Si g̃ habitus caret entitate absoluta que sufficiat ad terminandum motũ fm phm ibi. multo magis caret ea que requirit i ꝑncipio actiuo. Preterea vnius actionis videt eẽ vna potentia actiua. 5. phys. ꝓmento 7°. sed nõ solum habitꝰ est potentia actiua respectu opationis. quia tunc ipse habitus esset potẽtia. q̃ potẽtia est qua simpliciter possumus. ⁊ nõ esset illud quo simpliciter pficit potentia g̃ solũ illud q̃ perficit per hitũ est ꝑncipium actiuũ actiõis. Confirmatur ista ratio. q̃ vna actio requirit principiũ formale quo eliciat ꝑ se vnũ. aggregatm aũt ex poꝰ ⁊ hitu est vnũ per accẽs. nõ per se. igit totũ non pot eẽ quo respectu operatõis ꝑ se vnius. Preterea accẽs nõ est ꝑnm agendi in sbm ꝓpriũ. sz operatio ad quã ponit habitus recipit frequenter in poꝰ cuius est ille hitus. g̃ respectu istius nõ est hitus ꝑnm actiuum. Preterea aliqui habitus sunt in potẽtijs sensitiuis appetitiuis ⁊ ille appetitꝰ non est actiuus. q̃ fm Damã. sensus nõ ducit se sed ducit. g̃ nec forma. i. habitꝰ eius pot esse ꝑnm actiuũ. q̃ si esset oportet q̃ ꝓcurreret cũ potẽtijs in agẽdo.

D istã secun

dam qõnem dicit q̃ aliter est de habitu acq̃sito ⁊ alii de habitu infuso. nam ab alio est actus hois naturalis ⁊ expeditio actus ꝓpter indeterminationem quã habet natura respectu istius actus. Et ideo virtus acq̃sita est pfectõ nature ꝑsupposite in rõne ꝑncipij actꝰ sed si virtus supnaturalis esset pfectio nature ꝑsupposite in isto esse cui correspondet talis actio tunc ipsa tm̃ facilitaret naturã sicut virtus acquisita. sed hoc est falsum. imo ab eodẽ est esse gratuitum ⁊ simpliciter elicit actio gratuitu fm illum gradũ. Ita q̃ virtus acquisita est virtus fm illam rationẽ virtutis que ponit 2° ethi. virtus est que habentem pficit ⁊ opus eius bonũ reddit. sed virtus theologica nõ sic. sed fm illã rationem virtutis que ponit ꝑ° de celo. q̃ s. virtus est vltimũ de potentia. Contra istam opi. si sic intelligat q̃ habitus supnaturalis est simplicit principiũ respectu actus. Arguo sic. quo quis pot simplicit operari illud est potentia. sed habitus supnaturalis ꝑ te est hꝰ. igitur habitus supnaturalis erit potẽtia. añs patz. quia potentia est qua simplicit ⁊ primo possumus. Preterea. ex hoc sequit vlterius q̃ nõ plus erit voluntas bona si operet ꝑ habitũ charitatis q̃ lignum pficitur in agendo si agit ꝑ calorem sibi accidentaliter inherentẽ. nam sicut ex hoc nulla ꝓuenit actio ligno ꝑ formã ligni sed tm̃ illi accidẽti q̃ recipitur in ipso. ita etiam videt q̃ actio illa qua ꝓpeteret charitati vt principali ꝑncipio nullo modo ꝓpeteret volũtati vt volũtas. Ex hꝰ sequit vlterius q̃ sicut calor si esset separatus eque calefaceret: ita charitas si esset separata eque ageret. nam ois forma que est principium totale agendi vt est in sbo si per se est pot per se operari. Et ita sequit euidenter ꝓpositũ q̃ habitus est potentia

Preterea. operatio nõ elicit libere cuius principiũ actiuũ est mere naturale ⁊ agens ꝑ modũ nature. Sed habitus cum nõ sit formaliter volũtas nec ꝑ cõsequens formaliter liber si est ꝑncipiũ actiuũ erit mere nãle. g̃ operatio eius ñ erit libera. ⁊ ita nullũ velle erit liberũ: si eliciat ab habitu vt a totali ꝑncipio actiuo. Preterea. tunc homo habens semel charitatẽ nũq̃ possz peccare mortaliter. q̃ d̃ est incõueniens. ꝓbatio ꝓñie quia habens formã aliquã actiuaz sibi predominantẽ nunq̃ potest moueri cõtra inclinationẽ illius forme ꝑ dominãtis. sicut nunq̃ corpus mixtũ graue potest ascendere contra inclinationẽ terre

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

predñantis. sed charitas si est principiū actiuum totale predñatur ipsi voluntati que nō potest in actū illum. ḡ voluntas semp sequit inclinationē charitatis in agendo ⁊ ita nunq̄ peccabit. Preterea. actus nō est meus qui nō est in potestate mea. sed actio ipsius hitus nō ē in potestate mea. qz ipse si ē actiuus nō erit liber sed principiū naturale. ḡ illud diligere nō erit meum. nec potero dici agere ista operatione. ⁊ ita actiōes meritorie nō sunt voluntat̄ nec suppositi volentis qō est incōueniens.

Alia uia possz dici

q̄ virtutes acq̄site ⁊ infuse nō differūt modo p̄dicto. sed eodē modo cōparantur ambe ad sb̄am actus. Et tunc est vnus modus dicendi. q̄ actus hz substantiā a potentia. sed intensionē talem vel talem habet ab habitu. ita q̄ quasi duobus in actu. s. substātie ⁊ intensiōi corrñdeant duo in ratione p̄ncipij vel cause. Cōtra istud arguo sic. intensio actus nō est aliq̄d extrinsecū accidēs actui. sed gradus intrinsecus actui. ita q̄ actus intensus est qōdā p se vnū. sicut hoc indiuiduū in specie. nō ergo pōt eē aliud p̄ncipiū substantie huius actus ⁊ intensionis sue. qz a quo est hoc indiuiduum ab eodē est gradus intrinsec̄ p̄ prius huic indiuiduo. nō. n. pōt recipere naturā ab aliquo ⁊ hanc signatā q̄n recipiat eam in certo gradu. Juxta hꝰ quasi ex eodē medio posset argui sicut prius argutū est ad principale. qz cum actus intensus sit p se vnum ⁊ aggregatum ex potentia ⁊ habitu sit vnuz per accñs. nō pōt totum hoc esse principiū illius. Sed ista forma arguendi nō cogit vnde postea soluef. sed primum cogit. quia vnde est hoc inde habet certū gradum intrinsecū huic. Preterea. secundo quandocūq̄ principium actiuū naturaliter concurrit cum causa libera agente, causa illa libera agente oportet q̄ illud principium naturaliter coagat quantū potest. Exemplū de voluntate ⁊ potentia inferiore naturaliter agente quantū est de se. tale enim licz impediatur ab agendo quādo liberum non agit. tamē libero agēte ipsum. quia per moduz nature quantū est de se agit cōtilli libero quātū potest. ergo si habitus determinatus in volūtate det intensionem determinatā actui. tunc voluntate operāte ad substantiā actus necessario dat habitus illam intensionez sibi correspondentē. Et ita quantūcūq̄ ex modico conatu voluntas operetur: semper esset actus eius eque intensus. quia ipsa causante substantiā actus habitus quia agit per modū nature caret quod suum est necessario. Preterea. si habitus det intensionē actui hoc erit in aliquo gradu finito. signetur iste gradus ⁊ sit. a. voluntas igit̄ cum habitu illo potest habere actuz intensum in hoc gradu fiat aliqua alia voluntas perfectior ista voluntate fm ꝓportionē. a. gradus ad actum in vno gradu. puta si a. est gradus. 8° in actu fiat volūtas excedens primam voluntatez in. 9. gradibus. ista igitur volūtas sine habitu posset habere actuz eque intensum sicut illa voluntas cum habitu. ergo nō precise est substantia actus a potentia ita q̄ non intensio. Preterea. sola voluntas infinita circūscripta omni ratione habitus potest habere actum infinitū. ergo voluntas in quocūq̄ gradu natura potest in actum determinati gradus antecedens patz. quia voluntas infinita nō est receptiua alicuius habitus. quia non deficit sibi aliqua perfectio possibilis voluntati. ꝓsequentia ꝓbatur. quia sicut summū ad summū ita simpliciter ad simpliciter ⁊ quilibet gradu ad gradum sibi correspondentē.

Tertio modo at

tribuendo habitui aliquo modo ratio

nem p̄ncipij actiui respectu actus potest dici q̄ habitus est causa partialis actiua cum quo ipsa potentia etiam est causa partialis respectu actus perfecti: procedentis a potētia ⁊ habitu. licz ipsa posset esse totalis causa respectu actꝰ imperfecti precedentis generationez habitus. Et tunc de distinctione illarꝝ causarum partialium. Et etiaz quomodo faciant vnam per se causam totalez. dicendum esset sicut dictum est supra dꝰ. q̄ōne de causa noticie genite. Sed tunc est dubitatio cum illa duo nō sint causa eiusdem ordinis vel rationis: sicē duo trahentes nauim qō eorum habet rationem cause prioris. videtur q̄ habitus. quia cause prioris est determinare secundā non ecōuerso. habitus autem determinat potentiam ad agendū ⁊ nō econuerso ⁊ inclinat eam. Inclinare autem est superioris respectu inferioris: non ecōuerso. Sed oppositū huius videtur primo. quia potētia vtitur habitu non econuerso. ⁊ quod vtitur alio est principalius in agendo ⁊ illud quo vtitur quasi instrumentum vl causa secunda. Similiter secūdo. potentia est illimitatior in agendo q̄ habitus eo q̄ ad plura se extendit. sed superior causa videt esse illimitatior extēsiue ergo ⁊c.

Preterea 3° sic. habitus est causa naturalis. igitur si ipsa est causa principalis mouens potentiā. moueret eam per modum nature. ⁊ per cōsequens cum potentia agat eo modo quo mouetur agaret per modum nature. Nam agēs quod agit inquantū mouetur si mouetur per modum nature agit etiam vltrius per modū nature. ⁊ ita omnis actio potentie habitualis esset naturalis: ⁊ nulla libera. quod inconueniens est.

Item quarto habitus esset potētia. quia esset illud quo primo habens potest operari. Preterea quinto. quando sunt due cause ordinate quarū vna est causa alterius illa que est causa alterius est superior causa. sed potentia est causa habitus saltem mediantibus actibus. ⁊ nullo modo ecōuerso. Concedo igitur ꝓpter istas rationes q̄ tenendo habitum esse causam partialem respectu actus erit causa secūda ⁊ nō prima. sed ipsa potētia erit causa prima. ⁊ absolute non indiget habitu ad operādum. Minus tamen perfecte operabit sine habitu q̄ cum habitu ⁊ opposito equali conatu ex parte potentie. Quia quando due cause cōcurrunt ad aliquē effectum vna sola nō potest ex se in ita perfectum effectum sicut ambe simul. Et hoc modo saluat̄ quia actꝰ est intensior a potentia ⁊ habitu q̄ a potētia sola. non quidē q̄ potentia sit causa substantie actus. ⁊ habitus sit causa intensionis. quasi duobus causatis correspōdeant due cause. sed q̄ ambe cause concurrentes possunt ꝓducere effectū perfectiorem q̄ altera sola. qui tñ effectus fm se totum ⁊ vt per se vnus est a duabus causis. sed i diuerso ordine causantibus. Contra istaz opinionē arguo sic. nulla distincta spē sunt ecquoce cause sibiinuicem agentes. habitus ⁊ actus distinguunt spē. ergo non sunt sibiinuicem cause equiuoce agētes. sed actus necessario est causa equiuoca in generatōne habitus acquisiti saltē. ḡ non ecōuerso. ꝓbatio maioris. quia causa equiuoca eminenter cōtinet in se perfectionem effectus. nō autē possunt duo distincta specie se inuicem eminenter cōtinere.

Preterea. ꝓparādo ad eandē causam p̄mam duos effectus videt q̄ alter istorꝝ habeat determinatū ordinē mediatum vel imediatum. priorē vel posteriorē. ⁊ hoc loquendo de tota spē alterius istorum duorꝝ effectuū. hoc apparet iuductiue in passionibus consequētibus idē subiectū in quo est necessario determinatus ordo. q̄ vna imediatꝰ sequitur subiectuz q̄ altera. ⁊ hoc fm totam speciem. ita q̄ ille ordo non variatur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibuscũq; indiuiduis. igit respectu potentie que est cã cõmunis actus ⁊ habitus. habebunt isti duo effectus ordinez determinatũ. qz vl necessario actus fm totam spẽm pcedit habitũ vl ecõuerso. Et cum aliqs actus õ necessitate pcedat habitũ vt causa eius. habitus oino nõ precedet aliquẽ actuz vt eius cã per se.

Preterea si habitus sit cã partialis respectu actus ⁊ equiuoca. igit causa huius cause erit pfectior causa equiuoca eiusdẽ actus. ꝓntia patz. quia in causis equiuocis causa cause pfectior cã est q̃ causa ꝓximior cãto. sed actus est cã generationis habitus. igit si po^a cum habitu pot in actum pfectũ multo magis fuisset sub actu generatiuo habitus posset in eundẽ actum pfectum quod videtur incõueniens. qz duo actus pfecti nõ possunt esse in eadẽ po^a aut saltẽ si pnt non videt q̃ vnum istorũ possit eẽ aliquo mõ actiuũ respectu alterius. Preterea. si habitus est quasi cã 2ª supplendo aliquẽ gradũ cãlitatis qui deest po^c posset igit fieri habitus ita perfectus q̃ suppleret vicẽ totius potentie. ⁊ ita aliquis habitus solus sine po^a posset esse causa sufficiens ⁊ in rõne habitus ⁊ in rõne potẽtie. Et vniuersaliẽ in agẽtibus eiusdẽ rationis videt q̃ ita possit intendi virtus vnius qõ equabit duobus.

Preterea si teneret q̃ in motu intẽsionis ⁊ remissionis indiuiduũ pexns corrumpat necesse esset ponere habitũ nõ esse cãm actus. qz corrumpit illo actu quo intendit. cã autẽ non est cã qũ corrumpit. qz qõ non ẽ nullius est cã.

Qui uellet tenere

cõclusionẽ istarz rõnũ posset negare ab habitu oẽm rõnẽ principij actiui. Et dicere q̃ habitus tm̃ inclinat ad operatõnem quasi actus ꝓpꝛ ꝓueniẽs cum actu 2° ⁊ determinans ad actũ illũ. sicut gratuitas est actus ꝓpꝛ determinãs ⁊ inclinans ad determinatũ vbi. licz fm antiquos gratuitas nõ sit principium respectu esse in illo vbi. ⁊ illud videt probabile. quia nulli debz attribui causalitas respectu alicuius nisi tal causalitas sit euidens ex natura rei vel cause vel cati nulli etiam cause negãda est pfecta causalitas nisi manifeste appareat imperfectio causalitatis in ea. quia nullã naturã negandũ est pfectione habere qua non est euidens eam carere. nulla autẽ videtur necessitas ponere aliquaz causalitatem actiuã in habitu respectu actus. qz sine hoc saluabunt omnes conditiones que cõmuniter attribuunt habitui. nulla est etiã necessitas auferẽdi a potẽtia perfectã ratiõez causalitatis. vt attribuatur partialis causalitas potẽtie. g̃ nõ est aliqua habitui attribuenda. assumptũ patet quia ille quatuor cõditiones que habitui attribuunt videlz q̃ ẽ quo habens facilit operat. delectabiliter. pmpte. ⁊ expedite. saluant ꝓpter solã inclinationẽ habitus quam tribuit potẽtie vt receptiua est operationis. delectatio quidez est ꝓpter conditionẽ recipientis cui conuenit opatio recepta ⁊ obiectũ circa quod est operatio. nũq̃ n. delectatio est in factione que pcise est factio. sz quia actio est in agẽte pot esse actio delectabilis ꝓpter conuenientiã agẽtis ad obiectum. hanc aut ꝓuenientiã pot tribuere hitus ex hoc q̃ inclinat ad actionem ⁊ obiectũ. g̃ ⁊ delectabilitas nõ includit rationẽ pncipij actiui. sed mn cõuenientiã principij passiui ad potentiã ⁊ obiectũ. ⁊ hoc ad actionẽ q̃ est de gnẽ qualitatis nõ que ẽ de gnẽ actionis. de q̃ differẽtia actionũ dictum est. ũ. di. 3. q̃ quedã est actio que est q̃litas. ⁊ illa ꝓuenit po^c habituate q̃ per hitũ inclinatur ad talẽ actũ ⁊ ad obiectũ terminans talem opatiõez. non habituate aut nõ sic ꝓuenit nec talis forma nec tale obiectũ. Siliter quo ad ꝓditiõez 2^am difficultas in operatione accidit ex h° q̃ receptiuũ operationis nõ est dispositũ ad recipiẽdum ⁊ non solũ ex defectu virtutis actiue g̃ si receptiuũ sit dispositũ erit facilitas in agẽdo inquantũ agens agit circa tal passuz. Silr de expeditiõe ⁊ pmptitudine. nam ipeditio ⁊ tardatio agẽtis in agẽdo pot esse ꝓpter indispositionem ipsius passi potissime qñ idem est agens ⁊ patiẽs vel recipiẽs. ita qz ipsuz nõ operabit ꝓmpte qz est indispositum ad opandũ. hec etiã indispositio nõ est ad agendũ actione de gnẽ actionis. sed ad habendũ actionẽ de genere qualitatis. Nihil n. dicit formaliter opari inquantũ elicit operationẽ sed inquantũ recipit eam in se. Qualit aut oia alia habitui attributa saluant attribuendo totã ratiõez potẽtie ⁊ nullã habitui patebit soluendo argumenta ad principale. Sic igit patz qualit duabus primis vijs de habitu tanq̃ incõueniẽtib̃ deredictis due vltime tanq̃ probabiles pnt sustineri. s. 3^a ⁊ 4ª attribuẽdo fm tertiã aliquã cãlitatẽ habitui non solũ rationẽ principij passiui. Vel fm quartam negãdo ab hitu rõnẽ actiui ⁊ q̃ sit tanq̃ forma inclinas ad aliquã formã vlteriorẽ recipiendã licz nõ sit rõ recipiendi respectu eius. sicut gratuitas inclinat deorsum lz nõ sit rõ receptiua eius qõ est deorsum. sed corpus inquantũ ẽ receptiuũ ois obiecti. Argumenta que sunt contra istas duas vias vltimas qz vnaq̃ potest ꝓbabilit sustineri postea soluent fm alterutrã istam.

Oc tenẽdo de

actu quo ad sbam actus sive quo ad gradũ intrinsecũ. Restat inquirere vlteri° de bonitate accntali act° qualis est bonitas mozal ⁊ de hitu morali. Utrũ hitus mozalis inq̃tũ virt° sit aliquo° ꝓn^m actiuũ respectu bonitatis in actu. Qz sic videt. quia p Arl. 2° ethi. virtus est que hñtez pficit ⁊ opus eius bonũ reddit. Et nõ reddit bonũ illud in rõne ꝓncipij passiui. qz nõ est rõ recipiendi. g̃ in rõe ꝓncipij actiui. Preterea virtus est dispositio pfecti ad optimũ. ex. 7°. phys. nõ est aut dispositio passiua qz vt ꝓius nõ est rõ recipiendi g̃ actiua. Confirmat rõ. qz sic se hz optimũ ad optimũ. sic bonũ ad bonũ. sed cum optima rõ sit ꝓncipij actiui. g̃ fm istã rationẽ virtus pficit potentiã. ⁊ ita ad agendũ. Preterea. virtus est moderatrix passionũ. nõ moderat autẽ p rationem principij passiui. qz obiectũ ex quo est cã nãlis causat actũ fm vltimũ potẽtie sue. g̃ quantũ pot si nõ impediatur p aliquid ꝓtraagens. igit agẽs impediendo obiectũ sic siue sic agere in repremendo passionẽ moderat eam p rõnez principij actiui. Preterea. 4° sic dicit phs 2° ethi. q̃ non hñs iusticiã ⁊ si possit opari iusta nõ tm̃ iuste. ⁊ ita de alijs actibus. bonitas aut mozalis requirit operari iuste vel fortiter. ⁊ sic de alijs. g̃ virtus est tale ꝓncipium actus inquãtum bonus. quia sine ea nõ posset esse actus bonus.

Sed oppositz hu

ius arguit per hoc q̃ bonitas mozalis in actu nõ dicit nisi relationẽ. qz actuz esse circũstantionatũ debitis circũstantijs nõ est aliquid absolutũ in actu sed tm̃ cõparatio debita actus ad illa quibus debet ꝓuenire. g̃ illud nõ hz aliqõ principiũ actiuũ ꝓpriuz: sicut nec aliqs respectus. Preterea si hitus inquantũ virtus esset principiũ actiuũ bonitatis mozalis in actu cuz habitus nõ sit virtus nisi ex respectu. s. ex cõformitate et° ad prudentiã. est. n. habit° electiuus medij vt determinat a recta rõe. g̃ aliqua rõ relatiua in habitu esset ratio principij actiui. quod est impossibile.

Quantuz ad istum

articulum dici pot q̃ sicut pulchritudo nõ est aliqua qualitas absoluta in corpore pulchro. sed est aggregatõ omniũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuenientiū tali corpori puta magni-
tudinis figure ⁊ coloris. ⁊ aggregatō om
nium respectuuz qui sunt istoꝝ ad cor
pus. ⁊ ad se inuicē. Ita bonitas moralis
actus est quasi quidē decor illius actus
includens aggregationē debite ꝓportō
nis ad oia ad que debet actus ꝓportio
nari. puta ad potentiaz. ad obiectū. ad
qua nihil beatificat nisi formalit infini tū g̃ est ibi magnitudo vtut; imo ifinitas magnitudis ex nā rei. Itē inte' añq̃ intelligat aliq̃d intelligere vl negotiari est comphensiu' illi' eēn' vt p̃mi obiecti. ⁊ ita ex h° vi negociatōis circa illō potēs ē reducere oēs relones in actū q̃ pnt circa illā essentiā ꝓsiderari. igit ex nā rei ille itellectus ē infinitus igr ⁊ eēn' in qua fundat Preterea. rō illoꝝ nō vz. qꝫ lz q̃ritas accntalis dicat aliq̃d additū nāe sbiecti. ⁊ ió ipa nō possit manere sb rōe sua formali ⁊ trālire inenētiā fm idemptitatē. tm magnitudo vtutis in omi ente trālit in illud c' est p idēptitatē etiā i creatura. pbo. si. n. angel' hz aliquā magnitudinē vtut; de qua dic Aug. 6°. d tri. ca°. 7°. vel. 22°. in his. n. q̃ nō mole magna sūt h° ē maius esse q̃ meli'. si ista magnitudo pfectōalis nō sit idē eēn' circūscribatur ab ipacēn': ipa eēn' remanente. q̃ro quē gradū pfectōis tz in ente vel in entib'. nihil. n. ē nisi aliquē gradū dei miatū pfectōnis hēat int entia. g̃ adhuc manet in ipa eēn' magnitu° vtut q̃ dr sic vel sic pfectū ens. ista igit q̃ritas i oibus tranlit p idemptitatē ⁊ cū h° manz in oib' fm rōnē ꝓpriā inq̃rtū ē fūdamē' eq̃litas vl ineq̃litas pfectōnal in entib' nā p istā viā vnū ens ē eq̃le vl ineq̃le alteri fm pfectionē. qꝫ rō tal' q̃ritas ē dicē modū intrisecū illi' pfectōis c' ē. ⁊ ex h° q̃ dic modō manet. ex h° āt q̃ dic itrisecū p idemptitatē trālit i eēntiā cui' ē. Dico igr q̃ h° ē fundamē' eq̃litas reale ex nā rei nō tm remotū qd ē eēn' sed ꝓpiquū qd ē magnitu°. siue spāli' qd ē ifinitas.

Secundum p̃ncipale. sez q̃ ista relo reqrat extrēa realiē distincta pz p Dill. vt dictuz ē opponēdo. Et p Aug. 6°. d tri. ca°. 9° q̃ i filio ē p' eq̃litas qd nō ē vez si aliq̃ p' posset dici eq̃lis ad se. tē. n. pr̃ pus cēt eq̃lis. sz qꝫ eq̃litas nō pōt intelligi sine distictōe ⁊ p' distictio ē int̃ pr̃ez ⁊ filiū. pducto filio. ió est i eo p' eq̃litas termiatiue ⁊ q̃i sbtiue accipiēdo illā eq̃litatē q̃ fili' ē eq̃lis pr̃i. D° etiā. pbat p h°. qꝫ relones distinctoez extrēoꝝ. sz q̃i formali causant eā. iste āt relones illā distictōez q̃i cātam p relones oeiq̃ p̃supponūt. sic cōii pōit istētib' relonib' orīgis i ea. igr ista videntur magi reqrē distincta extrēa q̃ relones orīgis vl saltē nō min'. Et si obūcias: q̃ iste nō sūt alteri' rōnis sic ille orīgis. h° nō ꝓcludit nisi q̃ nō distiguunt spē. i creaturis āt nō tm relones suppōnis ⁊ suppositōis sūt reales vbi extrēa differt specifice. sz etiā relones cōes sūt reales i extremis vbi extrēa dr̃nt numero. g̃ h sufficit distinctō real' nūerali) i extremis ad realitatē relonū cōium sic ad distictōez relonū orīgis q̃ q̃i specie differunt.

Quātum ad tertiā

ꝓditionē vr̃. q̃ ista relo ꝓsequit psonas ex nā rei sine oi ꝓpatōe p aliquā pōz extrisecam ꝓpantē. qꝫ. n. pr̃ gnāndo cōicat filio pfecte suā eēntiā. ió cōicat sibi eandē magnitudinē infinitā. sic dic August. d maxi'. li°. 3°. ca°. 3°. vl. io°. vl. 18°. Si dicas. inq̃t eoipo pr̃ maior ē filio. qꝫ pr̃ genuit. Cito rndebo imo ideo pr̃ nō est maior filio. qꝫ eq̃le genuit. nō vr̃ igit eē aliq̃ rō q̃re eq̃litas pr̃is ad filiū nō debeat poni relo realis. Consilr pōt dici de similitudine sic in creatur; est duplex similitudo scz eēntialis fm dr̃iaz specificā ⁊ accntalis fm aliquā qualitatē accntalem. licet p' neget in ꝓposito. qꝫ de' nō hz aliquā dr̃iam specificā. tamē qꝫ si illud qd est dr̃ia specifica in creatura esset tota eēntia indiuidui nihil min' eēt for' respectu idiuiduī. ideo nihil min' eēt respectus silitudinis tūc q̃ mō. Ideo vr̃ ibi ꝓprie posset ꝓcedi silitudo fm eēntiā nō inquātū quid sed inq̃tū ē act' ⁊ qua si for' qua psone sūt dens. ⁊ etiā silitudo fm attributa oia que sūt q̃si ꝓprietates hui' nāe. sic dicit Damas. ca°. 5°. nō nāz sed q̃ circa naturā sūt dicunt. ⁊ tūc sicut ex nā rei ē fūdamentū eq̃litatis ⁊ distinctio realis extrēoꝝ. ⁊ ista relo sine ope intellectus ita est de silitudie. De idēptitate etiā dici pōt q̃ ipa duplr accipit in diuinis. vna° eiusdē psone ad se. sicut pr̃ est idē sibi. alio° vnius psone ad aliā. sic pr̃ est idē filio ⁊ ecōuerso de p' idēptitate alias. de 2° pōt dici sicut de alijs q̃ est realis. quia ibi ē vera vnitas ex nā rei. ⁊ sufficiēs distinctō extrēoꝝ. nec vr̃ necessaria ꝓpatio inte' ad esse hui' idēptitatis. Et si idēptitas eiusdē suppositi ad se in creaturis sit relo rōnis tm q̃rtū ad fūdamentū nic nūq̃ est va ⁊ pfecta idēptitas nisi i deo tm. nā sortis ad se nō est pfecta idēptitas qꝫ rōnis tm. ⁊ ita oīs talis est ens fm qd. nec sortis ad platonē ē pfecta idēptitas qꝫ nō fundat in pfecta vnitate. h aūt pr̃is ad filiū idemptitas ē pfecta q̃rtū ad fundamētū: qꝫ pr̃is ad filiuz ē pfecta vnitas ⁊ pfecta realis idēptitas qꝫ realis distinctō ⁊ sufficiēs extremoꝝ.

Sed de eq̃litate sūt duo dubia. p̃mo mi vr̃ q̃ nō ē relo distincta ab idēptitate ⁊ silitudie. qꝫ sic dictū ē alias ifinitas nō ē spāle attributū. sz dic modō intrisecum cuilz attributi. ⁊ pari rōe magnū qd q̃si dic idisticte qd ifinitū dic distincte. g̃ magnitudo eēn' n distiguit ab eēn' nec ēt illa distictōe q̃ ē int̃ attributa. ⁊ p ꝓns eq̃litas sz illā magnitudiez nō distiguit ab idēptitate q̃ ē sz eēntiā. silit magnitu° sapie n distiguit a sapia i' distictōe q̃ ē int̃ attributa. g̃ eq̃litas sz magnitudiez sapie n distiguit a silitu' sz sapiaz. oīs āt magnitu° ē vl eēn' fm quā ꝓpe ē idēptitas l' attributi fm quā alic' ē li litu'. g̃ n' vr̃. ꝓpe eq̃litas ē in diuis distincta ab idēptitate ⁊ silitu'

Preterea. si etiā qdlz attributū hz suā magnitudiez ꝓpā sup quā vr̃ fūdari eq̃litas igr tot erit eq̃litates psonaꝝ q̃t sūt attributa. Ad p' pōt ꝓcedi q̃ sicut i creaturis pōt esse silitu° sine eq̃litate. sic remissum albū ē sile intenso albo. lz nō pfecte. nō āt ecōuerso pōt esse sine silitudie eq̃litas. ⁊ hoc i forma illa in q̃ aliq̃ nata sūt assiliari. ideo ꝓpando aliq̃ in for' fm quā nata est eē silitudo. eq̃litas vr̃ q̃i determiare silitudiez ⁊ fūdamē' silitudis. ita pōt ꝓcedi h. q̃ eq̃litas nō ita distiguit ab idēptitate ⁊ silitudie sic illa int̃ se. sz q̃ ipa dicat. pp̃riū modō fūdamēti vtriusq̃ illaꝝ duaꝝ relonū. ⁊ q̃i etiā modō ꝓpriū vtriusq̃ relonis. s. q̃ tā idēptitas q̃ silitudo sit pfecta. qꝫ si p impossi' pr̃ haberz dcl tatē maiorē ⁊ fili' minorē eēt aliq̃ idemptitas. sed qꝫ fūdamētū idēptitatis nō haberz eandē magnitudiez nō eēt idēptitas pfecta qꝫ nec cū eq̃litate. silr si p impossibile pr̃ hr̃et maiorē sciaz ⁊ fili' minorez essent aliq° siles. sz qꝫ deficēt modus ille fundamēti. s. magnitu° pfecta. ió nō eēt silitu° pfcā. Nūc āt magnitu° q̃ ē q̃i modus fūdam̃ti idēptitatis ⁊ silitudis fūdat eq̃litatē q̃ ē q̃si mod' silitudis ⁊ idēptitatis. qꝫ dicit vtranq̃ illaꝝ vt pfectā.

Ad 2'm pōt ꝓcedi. q̃ q̃t sūt pfectōes i deo simplr tot sūt etiā magnitudies ⁊ tot eq̃litates. sic tm ille oēs sūt simplr vna res. ita ⁊ eq̃litates fm eas sūt simplr vna res Ex h° pz quō mgr bn̄ assignat dī. io. eq̃litatem pfectā in trib' fm Aug. de fiō ad Petr. ca°. 2°. s. magnitudie ptāte ⁊ einitate. p magnitudiez qdē intelligit fūdamentū oīs eq̃litatis ad itra fm quācūq̃ pfectionē simplr in oibus attributis accipiēdo magnitudiez nō. p aliq̃ attributo distincto sz vt ē cōe magnitudi cuiusz attributi. ⁊ p ptātē notāt p' eē eq̃les ad obā extra. ⁊ h° sequit ad p'm. qꝫ eq̃litatē valoris i for' i se sequit eq̃litas vigoris i rōe acti ad extra. Et p einitatē notat eq̃litas eē i eis q̃i fm duratōez. Eq̃litas āt fz q̃ritatēdi secretā nō q̃rit ibi. q̃titatib' āt ꝓtinuis incātur q̃ sūt q̃ritas pmanēs ⁊ successiua cozrndēt ibi magnitu° ⁊ einitas. ptās āt siue pō n ē 3ª q̃ritas sed respect' magnitudinis ad extra vt p̃dictū ē statim.

Ad p̃mū ar'm dico. q̃ albū ⁊ albū oñt silia fz albedinē: ⁊ b ꝓut ly fz nōt suū dcīa' eē fūda'm

relonis similitudinis. dicunt etiã similitudie esse filia formalr. ita dico q̃ pater ⁊ filij sũt equales fm cẽntiam vt ly fm notat fundamẽtũ ꝓpriũ eqlitatis. qz iste relones cõmunes fundant sup aliq̃d quod est cõe ut est cõe. nihil aũt cõe vnũ est in plonis: nisi cẽntia vel eẽntiale. Et si obij cias tũc posset dici pr̃ fm eẽntiã. qz eẽntia est fundamentũ pr̃nitatis. qõ tñ nõ ꝓcedit. Istud arm̃ licet als fecerum ad ꝓbandũ q̃ relo oziginis nõ sit act̃ eẽntie. Tamẽ tenẽdo cõem viã põt assignari rõ q̃re fm cẽntiã dicit pr̃ eqlis filio. et nõ pater filij. qz licet cẽntia sit fundamẽtum vtriusq̃ nõ distinctũ in tribus nec per istã nec p illã. est tñ fundamẽtũ ꝓrimũ relonis cõis inquantũ vnũ in trib̃ nõ aũt inquantũ sic vnũ est fundamentũ relonis oziginis. Iz in se sit vna. cũ autem dico fm eẽntiã sũt eqles ibi essentia ut eẽntia nõ accipit nisi ꝓut est vna formaliter in trib̃. ꝛo dicit eqlis eẽ fm eẽntiam ꝓpter hoc q̃ eẽntia vt vna est ꝓrimũ fundamentũ istius relonis. nõ autẽ dicit fm deitatẽ esse pater: qz deitas vt vna nõ est rõ fundamẽti hui̇̃ ita q̃ vnitas sit relo fundãdi. sicut notaret si diceret fm deitatẽ est pr̃. Ad 2m arm̃ dico q̃ maior ꝓpõ ẽ falsa. imo vbi forma distinguit in mã ⁊ cũ mã: mã nõ est rõ ꝑncipalis hui̇̃ distinctõis. qz in q̃cunq̃ distinctõne illud ẽ rõ ꝑncipalis distinguẽdi qo est rõ ꝑncipalis cẽndi in illo cẽ. de hoc als in. q. de indiuiduatõe. Ad 3m ꝓcedit q̃ in pẽe sit alia eqlitas ad filiũ et alia ad spm̃ scm̃: sic si pr̃ genuisset spm̃ scm̃ eẽt in eo alia pr̃nitas ad filiũ ⁊ alia ad spm̃ scm̃. ⁊ de isto dicto generalr erit fmo in 3°. li°. vtrũ in vno relato ad plures sint ples relones. Ad 4m vi diffi cile arm̃ illis q̃ ponũt ꝑsona) cẽ relatiuas sic fuit argutũ ꝑ eos. di. 26. ꝑ opi. 3a. tñ tenẽdo cõem viã oz dicẽ q̃ ꝑus pullulãt in cẽntia relões oziginis q̃ cões. ⁊ iste p° pullulãtes distinguũt ⁊ ꝓstituũt ꝑsonas no aũt ille cões: qz sũt q̃si aduẽtitie ꝑsonis sicut ponit q̃ spira° actiua nullã ꝑsonã ꝓstituit. qz intelligit q̃si aduenire ꝑsoni ibi pullulãtia que pnt ꝑsonalr distinguere distinguũt ꝑsonalr ⁊ ꝓstituunt.

Ircadistinctionẽ. 32. q̃ro vtrũ pr̃ ⁊ filij diligant se spũ scõ. q̃ nõ. qz aut

diligẽ sumit eẽntialr aut notõnalr. Nõ eẽntialr. qz quodlibet cẽntiale incit formaliter cuilibet ꝑsone nõ p alterã. si notionalr. igr̃ pr̃ ⁊ filij spirãt spũ scõ. qõ ẽ falsũ. Probat idẽ 2°. q̃ nullus actus notõnalis est ꝓuersiu° in idẽ agẽs a q̃ est vel ꝓcedit pp distinctionẽ qua tal actus reqrit iter agẽs ⁊ terminũ. q̃ si iste actus est ꝓuersiu° ñ sũit notõnalr. P. si pr̃ ⁊ filij diligãt se spũ scõ. q̃ pr̃ diligit se spũ scõ. qz eodẽ videt pr̃ diligẽ se ⁊ filiũ. sed ꝓclo videt incõuenẽs. qz pr̃ diligit se in ꝑmo signo oziginis in q̃ spũs scũs nõ intelligit spirat̃. Preterea eodẽ diligunt se ⁊ creaturã. Iz spũs scũs nõ videt eẽ q̃ diligũt creaturã. qz tũc spũs scũs ex necessitate ꝓductõis sue ẽ amor. ita ex necessitate eẽt amor creaturarꝫ. ⁊ ita nõ cõio deus amaret creaturas. Lõtra. 6°. de tri. c. 5. vel. 15. Spũs scũs ẽ q̃ genit̃ a generante diligit genitorẽq̃ suum diligit.

Ecũdo queritur vtrꝫ pr̃ sit sapiẽs sapia genita. q̃ sic. pr̃ dicẽ verbo. fm

Aug. 7. de tri. c. 1. vel. 2. Iz fm Anf. mõ. 37. nihil aliud ẽ sũmo spũi dicẽ q̃ quasi cogitãdo intueri. igit pr̃ intuet vbo. et ita sapit vbo. Lõtra. Aug°. 7. de tri. c. 3. eo est quo sapit. qz idẽ est sape ⁊ cẽ. q̃ si saperet verbo esset etiam verbo.

Primã questionẽ mgr̃ reputat difficilẽ ⁊ dimittit eã insoluta. Aliq̃ negauerũt istã. ꝑpõez. pr̃

⁊ filius diligũt se spũ scõ. ⁊ dixerũt eaz ab Aug°. retractatã in sili ꝑmo retractationũ. c. 26. vbi retractat istã. pr̃ est sapiens sapia genita. cui ista videt assimilari. ⁊ iõ istã retractatã dicũt in illa. Lõtra. ⁊ iõ istã retractatã dicũt in illa. Lõtra. nõ solũ diuersas mãs retractandas Aug°. seozsũ retractat. sed etiã eandem mãz que in diuersis libzis ponit. que tñ mãz que in diuersis libzis ponit. quẽ tñ est retractanda. Aug°. pluries retractat qn. s. facit mentionẽ de illis libzis diuersis. q̃ multo magis istã retractaret seozsis. q̃ multo magis istã retractaret seozsum si esset retractanda. Item Aug. nõ retractat dicta aliozꝫ sanctozꝫ qui vi ꝓbatur istam concedere.

Alii dixerũt q̃ propositio est exponẽda. ita q̃ ly spũ scõ accipiat in rõne signi: ita q̃ pr̃ ⁊ filius diligãt se spũ scõ ut sig̃ dilectõis cõis. Lõtra. ita pt dici q̃ diligunt se creatura. qz creatura est signũ dilectõnis eozꝫ.

Alii dicunt q̃ diligunt se amore approꝑato spũi scõ. et iõ dicunt se diligẽ spũ scõ ꝑ approꝑatõez ñ ꝑ ꝓprietatẽ. Lõtra. igit ita eẽnt boni spũ. s. qz bonitas approꝑriat spũi scõ.

Aliter dicitur q̃ ab latiuus iste ꝓstruit in rõne effect̃ cãe formalis. qõ declarat ꝑmo sic. Iz nõ omnis res sit forma. tñ omẽ illud a quo aliq̃d denominat q̃tum ad hoc hz habitudinẽ forme. vt si dicat. iste est indut̃ indumento. iste ablatiu° indumẽto ꝓstruit i habitudinee cãe formalis licet nõ sit forma homis. Lõtingit aũt aliq̃d denominari ꝑ illud qõ ab ipo ꝓcedit nõ solum sicut agẽs ab actõe. sed etiã sicut termio actõnis qui est effect̃. qñ ipe effectus in intellectu actõnis includit. dicimus eni q̃ ignis est calefaciẽs calefactõne quãuis calefactio nõ sit calor q̃ est forma ignis. sed actio q̃ ab igne ꝓcedit. Et dicim̃ q̃ arboz est florens floribus: quãuis flores nõ sint forma arboris. sed q̃dam effect̃ ab ipa ꝓcedentes. fm hoc igit dicendũ: q̃ cũ diligere in diuinis duplr sumat. s. essentialiter ⁊ notionaliter. fm q̃ cẽntialiter sumit sic pr̃ ⁊ filij nõ diligũt se spũ scõ. sed eẽntia sua. Unde Aug. 15. de trini. c. 7. vel. 15. At vero inquit in illa trinitate q̃s audeat dicẽ patrẽ nec seipsum nec filiũ nec spm̃ scm̃ intelligẽ nisi ꝑ filiũ. vel diligẽ nisi ꝑ spm̃ scm̃. fm aũt q̃ notionaliter sumit sic diligẽ nihil aliud ẽ q̃ spirare amorẽ. sicut dicẽ est verbũ ꝓducere. ⁊ florere est flores ꝓducẽ. sicut igit arboz dicit florens florib̃. ita pr̃ dicitur dicens verbo vel filio se ⁊ creaturã. ⁊ pr̃ ⁊ filij dicũt diligẽtes se ⁊ nos spũ scõ vel amore ꝓcedente. Lõtra. edificare dicitur ꝑ ipoztat terminũ q̃ est edificiũ ñ tñ ꝓcedit q̃ edificatoz edificat edificio. ⁊ in ꝓposito etiã spirare distinctius ꝑ ipoztat spm̃ scm̃ q̃ diligẽ ⁊ tñ nõ ꝓcedit q̃ pr̃ et filij spirẽt spũ scõ. Itẽ si talis ꝑdicatõ ꝓcederet nõ tñ ut est ꝓuersiua sup agens qz nõ ꝓcederet de igne dici aliq̃d qõ terminaret ad ipm̃ ignẽ aliq̃ ꝓducto a se.

Preterea. in ꝓstructõe trãsitiua nunq̃ effectus ut effect̃ ꝓstruit cũ ablatio. diligẽ aũt ẽ vbũ trãsitiuũ vñ arm̃ cui initiũ nõ est ad ꝓpositũ: Iz ad oppositũ. florẽ eni est vbũ neutrũ ⁊ nõ significat formaliter ꝓductõz alicui̇̃. Omẽ q̃ppe verbũ neutrũ vnũ ⁊ idẽ significat cũ noie adiectio si eẽt nomẽ ꝑpositũ. nisi q̃ nomẽ idẽ significat ꝑ modũ hitus ⁊ q̃etis. verbuz aũt q̃si significat i fieri. sic idẽ significat calidũ eẽ q̃si in q̃ete ⁊ calẽ q̃si i fieri. ⁊ sic tale nomẽ denoiatiuũ posset dici ꝏ aliq̃ cũ ablatiuo denotãte illud a q̃ sbm̃ denoiat̃ tali denomiatõne. ita vbũ neutrũ posset ꝓstrui cũ ablatio in eadẽ hitudie forme denoiantis. ita eni ignis calet caloze sic est calidus caloze. ⁊ vtrũq̃ est in rõne forme a q̃ est ista denoiatio ꝑ modũ q̃etis in vno. ⁊ ꝑ modũ fieri in altero. ista aũt forma in aliq̃ aliq̃ñ ẽ iherẽs vt qualitas. aliq̃ñ se hz ꝑ modũ forme ab extra denoiantis. sic est de genẽ hitus vel ad modũ illi̇̃. ⁊ vtroq̃ mõ pt fieri denoiatio. Et licet aliq̃d denomiat nõ tantũ a

Universidad de Deusto Biblioteca

forma sed ab aliquo extrinseco qñqz .ita denoiatiuũ possz dici de eo cũ illo extri seco ablatie sũpto. ⁊ hꝰ siue illò de noia tiuũ significet noiali siue verbalr. Sic eni possz dici iste ē ornatꝰ vestimẽto ꝓut ornatꝰ significat aliq̃d de genẽ hitus. ita possz dici iste niter vestimẽto l' aliq̃ alio vbo neutro qò significaret idē cũ isto de noiatio. s. cē ornatũ. ⁊ ita ē i ꝓposito. qz arborē florere ñ significat formalr arbo rē ꝓducē florē. si eni ponat vbũ actiuũ qò sic significet puta florificare si cēt in vsu hec cēt falsa arbor florificat florib' hec aũt vera arbor floret florib'. qz per istò vbũ neutrũ significat q̃d denoians sm q̃si p modũ hit'. qz lz ñ sit ꝓpe hit' in inaiatis. qz ꝓpe hit' ē tm̃ i aiatis. pñt tm̃ denoiari ab aliq̃ adiacēte qò inq̃ntũ ē aliq̃ mò ornamẽtũ: vl' tegumẽtũ eorũ pt reduci ad gen' hitus. ⁊ tũc sic diceret arbor ē florida florib': ⁊ ablatiu' ꝓstruret i rōe illꝰ a q̃ sm denoiat fm talē de noiationē. ita ēt ꝓstruit ly florib' cuz hꝰ vbo florere. exm igit est ad oppositũ lo quēdo de verbo actiuo: ⁊ nihil ad ꝓpo sitũ. vt verũ est de verbo neutro.

Ad istam questõez

soluendã. qz illa q̃ sũt i itellectu sũt ma nifestiora. pº rndendũ ē ad 2am qõnem.

Et pº videam' ò itellectu nr̃o. ibi eniz mēoria gignit noticiã actualē q̃ ad mēo riã hz duplicē hitudinē vel relõez. vz ge niti ad gignēs. ⁊ hec ē de 2º mõ relatioꝝ ⁊ mutua. ⁊ alia ē declarat ad declaratũ ⁊ hec tertij mõi ⁊ nõ mutua. sic aũt no ticia geita declarat formalr obm latēs i mēoria: ita illò qò ꝓducit noticiã actu alē ⁊ dat illi istã vi declarādi pt dici de clarare ista noticia q̃si effectie. Si. n. alq̃s ꝓducat speculũ ⁊ i eo imagines relu cētes. hꝰ speculũ formalr declarat illa re lucētia. ⁊ tm̃ illò ꝓducēs speculũ effectie declarat. Et istò magl apparet si actꝰ aie q̃ ñ sũt vere factōes significarēt p verba neutra nõ actia. nũc aũt significant per verba actia pp illã hitudinẽ quã habēt ad obam i q̃ trãseũt q̃si i terminũ lz nihil causet i illis obiectis. tũc eni si eēnt neu tra significarēt formalr illã realitatē a q̃ iponunt ineē sbo. ⁊ tũc posset alia vba actia iponi ab eisdē formis q̃ signicarēt ꝓductõz taliũ. ⁊ tũc noticia geita formalr cēt declaratia obi. lz ꝓducēs diceret effe ctiue cāre formã. sic alꝰ dictũ ē q̃ silitu do pt eē illò i q̃ fundat relo actiui ⁊ pas siui. ita q̃ sic assimilās est dās silitudiez ita tũc declarās actiue sumptũ cēt effici ens ipaz declaratõz formalē in ipo actu aie siue i sbo illꝰ actꝰ. Ad ꝓpositũ ver bũ dinũ a pie exp̃mit. ⁊ hec expssio ē re latio originis. huic eni expsso cõicat ex vi ꝓductõis sue noticia ifinita q̃ ex hꝰ ē ō claratia oīs declarabilis. hz igit reloem realē ad exp̃mentē a q̃ gignit. lz aliã. s. de clarātis hz ñ tm̃ ad ipm. sed qz ē ifinitũ hz respectũ declaratiui ad se ⁊ ad ipm: ⁊ ad oia alia. ⁊ ista est tm̃ relo rōnis: qz nõ tm̃ ē ad creaturã sed ad seipm. Et si nulla relo real' ē ipi' ad creaturã ex dis. 30. multo magl igit ñ eiusdē ad se ē relo real'. lz istò declarare ꝓpetit formalr ver bo. ꝓducēti aũt ꝓpetit ꝓncipiatie sic in nobis ꝓpetebat mēorie effectie. ⁊ tũc ver bũ formalr declarat oē declarabile. pat aũt vbo declarat ñ formalr lz ꝓncipiati ue. inq̃m sibi cõicat noticiã actualē ifini tã q̃ vbũ actualr declarat. Applicando igit istã realitatē ad illò vocabulũ qò ē dicē. dico q̃ dicē vnoº essentialr accipit ut p Anſ. mon. 12. c. ⁊ sic nõ loqt Aug. qz fm ipm pr ⁊ filꝰ ⁊ spũs scũs sũt vnũ dicēs. ⁊ q̃libet psõa formalr dicit. ⁊ nul la dicē alia ablatie. Alioº accipit psona liter ⁊ sic denotat significare illã relo ez originis q̃ ē gignētis ad genitũ. ⁊ hꝰ mõ solꝰ pr dic. nõ q̃dē vbo lz vbũ. ⁊ hꝰ mõ loquit Ric. 6º. de tri. c. xi. q̃ solꝰ pr dicit

Alio mõ pt significare istã hitudinez rōnis q̃ ē declarare. ⁊ hꝰ ꝓut declarare ꝓuenit alicui formalr. ⁊ sic vbũ dicē oia declarabilia ⁊ seipm seipo formalr. ⁊ ē

hoc loquit Aug. 7. de tri. c. 3. vel. 16. Si ni hꝰ vbũ qò nos ꝓferim' tpale ⁊ trã sitoriũ ⁊ seipm oñt ⁊ illud ò q̃ loq̃mur ꝓro magl vbũ dei p qò facta sũt oia nē. ⁊ sic est cēntiale ⁊ approbat vni psõe. nã q̃libet psona declarat sua itelligētia q̃ in ipa est. appropriat tm̃ filio vt patebit ex dubitatoe sequēte. 4eo significare pt istã eandē hitudinē declarātis ꝓut ꝓue nit alicui ñ formalr lz ꝓncipiatiue. ⁊ hꝰ mõ dī de pie q̃ dicit vbo. ⁊ isto mõ loq̃ tur Aug. 7. de tri. c. i. vel. 2. q̃ pr dic ver bo. hꝰ ēt mõ loquit Aug. 15. de tri. c. 14 vel. 35. q̃ pr seipm dicēs genuit filiũ sibi equalē p oia. vbi accipit dicē ꝓ ꝓncipia tiue declarare. lz nõ addat ibi illud ꝓnci piatiuũ q̃ pr dicit. ⁊ sic ꝓncipale signifi catũ cē cēntiale cõnotat tm̃ notõnale ut supra dictũ est de dono. In q̃ igit ha bitudine ꝓstruit. dico q̃ si dicē sic sũptũ ēt idē q̃ cāre denotaret hīc rōnez ꝓnci pũ actiui sb auctoritatiui. sed qz nõ sũt idē. iõ dico q̃ denotat hīc rōnez forma lē ꝓncipij subauctoritatiui. ⁊ in hitudie talis ꝓncipij ꝓstruit. Sz tũc ibi ē vnũ dubiũ. vtrũ declarare formalr oē decla rabile sit ꝓpriũ vbi. Dicũt aliq̃ q̃ sic. qz ex vi ꝓcessionis sue hꝰ sibi ꝓpetit. lz de hoc dictũ est supra di. 27. q. 3a. Et ge nralr cũ istud vbũ declarare dicit relo nom rōnis: ⁊ nulla talis est ꝓpria alicui psone. nec includit in ꝓprio alicuꝰ sic ꝓ batũ est di. 18. de dono. hoc manifestat nõ est ꝓpriũ vbo nec includit in eius ꝓ prio. lz ñ est ei appropriatũ ꝓ eo q̃ ver bũ ex vi ꝓductõis sue hz noticiã actu alē sibi cõicatã. pr aũt lz hēat eandē no ticiã tm̃ ex ea vi q̃ ꝓducit ē mēoria ⁊ nõ ꝓducit inquantũ actualis noticia. No ticie eni actuali vñ actualis ꝓuenit dela rare. ⁊ iõ declarare magis ꝓuenit cũ ꝓ prio filij q̃ cũ ꝓprio aliaꝝ psonaruz. ⁊ ita magis sibi appropriat. vere tm̃ est in oi alia psona. qz q̃libet hz actualē decla rationē inq̃tum ē actualis noticia ⁊ eq̃ declaratiua realiter sicut est illa noticia actualis que est verbũ. declarat igit for maliter per omia seipo. ⁊ spũs scũs oia seipo declarat. declarāt etiã pater ⁊ filꝰ spũ scõ principiatiue. licet isti modi acci piendi declarare formalr ⁊ principiatie non sint ita vsitati sicut illi quibus ver bum dicitur declarare formaliter ⁊ pa ter principiatiue verbo. ⁊ ratio maioeis visitationis istorum verborum est pro pter appropriationem nomine actualis ad verbum.

Ad secundam que

stionē ꝓcedo negatiuã ꝓtem questõnis ꝓpter rōnem Aug. 7. de tri. c. 4. cuius declaratio est ista. Actus essentialis nõ pōt esse alicuius suppositi mediāte aliq̃ principio ut quo nisi illud sit tali psone principiũ eēndi formale. vt pater sapit sapia ingenita. vel sit ꝓncipiũ sibi eēndi ꝓncipiatiuũ. qũo mgr ꝓcedit q̃ filius sa pit sapia ingenita a qua hz q̃ sapiat. vl' sit principiũ subauctoritatiuũ respectu talis actus qũo ꝓcedit q̃ pater creat ver bo. sed filius siue sapia genita nõ est pr̃i ꝓncipiũ eēndi formale nec principiatm̃ nec principiũ actiuũ subauctoritatiuũ respectu actus eēntialis qz nõ producit istũ actum in se sed cõicat sibi a patre ⁊ principiũ actiuũ subauctoritatm̃ habz rōnem ꝓducētis actus respectu cuius dicit principiũ tale. quomõ concedit q̃ pater creat verbo. sapere aũt est actus es sentialis. q̃ pater nõ sapit sapia genita. concedit autē mgr ⁊ bene q̃ pater est sa piens sapia ingenita sicut formali princi pio. filius autē sapit sapia ingenita sicut principio principiatiuo.

Ad argumẽtum in

oppositum dico q̃ Ansel. accipit ibi di cere mere essentialiter. s. ꝓ actualiter in telligere sicut expresse vult. c. eodez. vbi vult q̃ sunt vnus dicēs. sicut sunt vnus intelligens. ⁊ licet quilibet dicat etiam quēlibet. tamē sunt vnus in rōne dicētis

Universidad de Deusto Biblioteca

dicti sicut sūt vnus intelligēs ⁊ vnū intellectū. ⁊ iste modus ē valde extēsiuus huius nois quod ē dicere. qz nec significat illā relonem origis nec ꝓnotat eā. sic nec intelligere vel sapere. ⁊ hº mō nō dicit Augus. q pf dic. t vbo. Sed quō ꝓcedit q spūsanctus dic vbo. Rndeo sicut intelligit vbo. sz nō p exprimere nec p declarare nisi accipiat formalit. quia spūsanctꝰ formaliter declarat oē declarabile. nō aūt p declarare ꝑncipiatie nisi forte respectu creature. qz loquendo ō manifestatōe creature illā efficit tota trinitas. ⁊ qz absolute sup manifestatōnez formalē vbi nō ꝓpando ad creaturā. spiritusscūs nō hz aliquā rōez ꝑncipij. qz ñ dat vbo illud q̄ formalit vbū ē manifestatm. iō nō vr aliqº ꝓcedēdū. nec Ans. dic. q. s. s. dic vbo lz videat oia i vbo. ita etiā q̄lz beatꝰ videt oia i vbo ⁊ q̄libet pª vidz i q̄libz fm Aug. 15. ō tri. c. 14ª. sz dicere vbo vr ipoztare aliquā auctē dicēti vbo respcū vbi inq̄tū ē declaratm forlit

Ad aliā questionez

de spūscō. pcedēdū ē eodē mō q̄ in pcedēti. q. pcessū ē ⁊ pº ō volūtate nra vbi dico q amoz i nobis vt pducꝰ hz ad volūtatē vt pducentē relonē scōi mōi. ⁊ iª fōte ē mutua. hz etiā aliā relonē ad obm̄ pinentē ad 3ᵐ modū relatioꝛ. ⁊ illa nō ē mutua. qz sic scia referr ad scibile ⁊ ñ eꝯ. ita amoz ad amabile ⁊ nō eꝯ. ⁊ sic amō hz formalit habitudinē aliquā ad obm̄ ita illud qō pducit amozē posset denoiari ab illa habitudie si esset verbū impositū hoc significās actiue. Ita dico in diuis q spūsanctus ex vi pductōis sue nō quidē ppie. sed appropriate ē amoz omis amati necessario. ⁊ iō habz aliquā relationē rōnis formalit ad sic amatuz. pducens aūt ipm pōt denomiari ab eadem hitudie quasi ꝑncipiatiue. ⁊ ista hitudo vt ꝑncipiatiue denomians impoztatur p hoc vbum diligere quādo dicit pater ⁊ filiꝰ diligere se spūsancto: hº q̄ pe est pfem ⁊ filiū pducere amozē qui ē patris ⁊ filij sicut patrez dicere se verbo est pducere verbum quod est declarans ipm patrem.

Ad primum dico

q nec mere eēntialiter nec mere notōnaliter tenet sed cōnotat notōnē. s. pductōnem spūsci. ⁊ significat illā hitudinē cōsequentē spm̄scm̄ ad amatū nō q̄dē formaliter sz ꝑncipiatie. ⁊ rōne istꝰ habitudinis ꝑntis eēntiale ē quātū ad terminū illius hitudinis. quia terminus ille non tm̄ est spūsanctꝰ sed etiā oīne necessario amabile. ⁊ quo ad illud fit cōuersio. nō aūt quo ad notōale cōnotatu. Per h patet ad 2ᵐ ⁊ istud posset manifestari in exēplo de dicere. qz eo mō q̄ ꝓcedit prez dicere vbo dicere ñ ē mere eēntiale neqz mere notōale. sed ꝓnotat notōale. s. significationē ⁊ ipoztat i genito hitudinem declaratiui q̄ est ad oē ōclarabile. sile buꝰ lz nō ita pfecte pōt hri in hoc qō ē mitti qō ꝓnotat in diuis pcessionē lz significz ꝑncipaliter effectū tpalē. ⁊ q̄tū ad illud qō significat tota trinitas opaf effectum illū. sed q̄tū ad notionē illā nō respic totā trinitatē in ratōne ꝑncipij. filiꝰ. n. pōt mitti a spūscō lz nō sit a spūscō. Ad 3ᵐ lz posset fieri vis in ista ppōe q ly se posset cōstrui trāsitiue vl reciproce. de q duplici ꝓstructōne habet ab illo Petro helie sup Priscianū de cōstructōne ⁊ patet in illo sophismate. isti pugnāt vt vincant se. ⁊ videtur fm aliquos magis cōcedenda ppositio put se construitur trāsitiue q̄ reciproce. pro eo q spiritussanctus scōm eos spiratur a patre ⁊ filio voluntate cōcordi. inquātum scz pater impendit amozem filio ⁊ filius repēdit fm Richardum de trini. tamē dicendo consequēter his que dicta sunt. di. 12ª. ō ista materia q pater ⁊ filius spirant formaliter voluntate inquantū vna est: nō autē ipa relatio concordie patris ad filiuz. ⁊ ecōuerso est formalis ratio spirandi.

quia non videtur inquantū pater et filius inquantū hūt respectū oziginis ad spm̄ scm̄ habeāt mutuā relonez ad inuicem. tūc eni nō haberēt tm̄ mutuā relonem oziginis pr̄nitatis ⁊ filiatōnis. hoc inquā dicendo q licet hūtes vnā volūtatē ꝓcordet in ea formalr tm̄ ꝓcordia ñ est per se rō sed volūtas vna. ⁊ q fecunditas plena sit ita in vna sicut in duabꝰ iō tm̄ duo spirant. quia ꝑintelligit illa fecunditas vna esse in duobus anteq̄ habeat terminū. Pōt tamē ꝓcedi ꝑna. q̄ cadē est veritas accipiēdo ly se sic vel sic. ⁊ tunc cōcedo ꝑns q pater se diligit spū sancto. ⁊ cum dicit diligit se in ꝑmo signo oziginis ꝓcedo. sz tūc diligit se voluntate vt in ipo ē formalr. spirādo aūt spm̄ scm̄ qui necessario est amoz eiꝰ diligit se spū scō quasi ꝑncipiatiue quō etiā diligit filiū spū scō. Ad vltimū dico q nō oportet ꝓcedē pfem ⁊ filiū diligē creaturā spū scō sicut diligūt se spū scō. quia iste modus diligēdi vt sumit ꝑncipiatiue videt esse ꝑmo illius termi dilectōnis cuiꝰ ipa dilectio est formalr ex hº q est ꝑncipiata. sic eni diligē obiectū est ꝑncipiare amozē qui vt ꝑncipiatꝰ est formaliter illiꝰ obiecti. spūs aūt scūs ex vi ꝑncipiatōnis sue neqz ꝑmo neqz ꝓcomitant est amoz creature. qz creatura tantū ꝓtingēter amat a deo. lz aūt ex vi pductōnis sue ꝑmo sit amoz eēntie. tm̄ cōmitant pt dici amoz filij qz ille psone sit in nā ꝑmo amata ex necitate illiꝰ nature. ⁊ ita posset ꝓcedi q pr̄ non diligit creaturā spū scō eo mō quo filiū. qz nō pducit amozē q̄ ex vi pductōis sue sit amoz creature. imo ꝓpleta pductōe necessaria illiꝰ amozis adhuc est ꝓtingenª ut iste amoz sit creature. ⁊ hº ē i ptate ñ tm̄ pducētis hūc amozē: sz ēt istiꝰ amoris pducti. qz ita ꝓtingēt amat spūs scūs creaturā sic pr̄ ⁊ filius.

Ꝓca distinctionē. 33. quero sine argumētis.

tis. Primo vtrū ppietas sit idē cū persona. Et 2º sine argumētis. vtrū ppietas sit idem cum essentia.

Ꝓca distinctionē. 34. sine argumētis. An psona sit idem cū eēntia.

Circa istas tres qōnes nō oportz immorari. qz eaꝝ solutō patet ex dictis alibi dis. 2. q. illa. vtrum cū vnitate eēntie stet pluralitas psonarum vbi ostensū est qualr ppietas personalis nō est idez formalr cū eēntia di. etiā. 26. cōtra ꝓpositiū ostensū est q̄liter ppietas nō est idem formalr cū persona. Illud etiā qō dictū est de nō idēptitate formali ppietatis cū eēntia ꝓcludit q psona nō est idē ꝑmo formalr cuz eēntia. Et q aliq̄ distinguunt inter oia ista q tm̄ differāt rōne. ꝓbatū est di. 2ª. ⁊ di. 8. in ꝑsimili de attributis. ⁊ di. 13. de distᵒᶜ emanationū i diuinis. ⁊ alꝯ ⁊ tm̄ cū hoc q istud nō est idem formalr li stat q vere ⁊ simplr sit idē sibi. imo hº est necessariū pp pfectā simplicitatē diuinā q̄ sequit ex pfecta infinitate illiꝰ essentie pp quā simplicitatē ⁊ infinitatem nō pt illa eēntia in aliq̄ cū aliq̄ realitate in codē: nisi illa realitas sit pfecte eadem sibi. ⁊ istud dictū est ꝓfirmatū per cōe dictū antiq̄ꝝ q̄ ꝓcesserūt multas ꝑdicatōnes eē veras in diuinis per idēptitatē ñ formalr. qō nō videt itelligibile nisi per hoc q ꝑdicatū erat vere idē cū subiecto ⁊ ex hº erat ppō affirmatia vera p idēptitatē. ⁊ tm̄ ꝑdicatū nō erat idē formalr cū subō. ⁊ pp hº ñ erat ibi ꝑdicatio formalis. Et q sit distinº idēptitatis formalr ab idēptitate simplr tactū ē di. 8. q. ō attributis. ⁊ alꝯ frequent: ⁊ iō nūc trāseo.

Ꝓca distinctionē. 35. q̄ro vtrū in deo sint relōes eēne ad oia scibilia ut quidditatiue cognita. Qz sic Augº. 83.

questionū. q. 46. Idee sūt forme eterne
⁊ incōmutabiles i mēte dīna. ⁊ ñ absoˡ.
g respectie. ⁊ nō nisi ad alia a se vt qddi
tatiue cognita. ḡre distinguunt fm disti
ctionē istoꝝ. Itē Aluīc. 8. metha. c. 7°.
pcedit in deo eē relatōz dei vt intelligen
tis ad formas intellectas. Itē deus no
uit distincte alia a se. g p aliqs distictas
rōnes cognoscēdi. ⁊ ille nō pnt eē absoˡ.
g relatiue. D. fm Aug. 5. sup Gen. c. 7
oia in deo sūt vita. ⁊ idē videt dicē sup
Io. oia in ipo vita erāt. nō vita eīna cre
ata sed creatrix. hoc nō est verū loquen
do de ipis obiectis formalr in se. igit de
ipis rōnibus formalib' qbus cognoscū
tur. Cōtra. igit ille relones eēnt reales
qō est ꝯ dictū i di. 30. pbō pntie. qz de'
pus itelligit alia a se q intelligat se intel
ligere illa. qz act' reflex' psuppoit actū
rectū. g ille relones q eēnt in deo ad alia
eēnt in deo ex nā rei. ⁊ nō p actū itellect'
psiderātis illā intellectionē. sed qō ē ibi
ex nā rei. ⁊ nō in obiecto vt cognitū est.
est reale. Preēea. q rōne eēnt relones
eterne in deo ad oia cognita pari rōne ⁊
ad oia volita vt volita. ⁊ tūc ille relones
eēnt reales. qz pus vult alia eē q intelli
gat se velle illa. ⁊ ita relo volūtatis eius
ad alia erit realis. qz ñ in aliq ut cog^m ē.

Supposito q deus

sit intelligēs ex di. 2. ⁊ q eēntia sua sit p'
mū obiectū in rōne sui ex qōne de subō
p' theoˡ. ⁊ q intellect' su' sit oiuz intelli
gibiliū nō qdē po^a sz actu ⁊ sil' ex di. 2. ⁊
hoc distincte. qz impfectōnis ē in intelli
gēte pfuse intelligē. Circa istā qōnez
notandū est q ad intellectōz alicui' tria
vident pcurrē. vz obiectū cognoscibile.
intellect' ipe. ⁊ rō cognoscēdi. In intelle
ctu aūt vt po^a est nō oz ponē distinctōz
ad hoc vt distincte itelligat. qz etiā intel
lectus nr vt videt oīno indistinct' fz rō
nem po^a pt plura itelligē. igit si est disti
ctio. q rat in obiecto vel rōne cognoscen
di obiectū vel in ipa intellectōne. ponūt
igit relones esse eternas in deo ad alia a
se cognita simplici itelligētia. ⁊ q iste re
latōnes sint in eēntia ut est rō cognoscē
di. pp hoc q nihil est rō cognoscēdi pla
nisi ut illa rō appropat aliq mō illis pli
bus obiectis cognitis. Qō et pfirmat
p hoc q cognitio fit p sile. g oz rōnez co
gnoscendi hīe aliqua rōnez ppriā sibitu
dinis ad ipm obiectū cognitū. pp igitur
istā determinationē ⁊ istā assimilatōez
rōnis cognoscēdi ad obiectū ponūt relo
nes eterne tāq rōnes determinātes eēn
tiam ut rō intelligēdi ⁊ qbus ipa eēntia
sit distincte silis obiectis cognitis.

Aliter ponitur

q iste relationes sūt in eēntia dīna ut est ob^m cognitū. in
telligit enī ipa oīno p^a intellectōe vt pe
nitus indistincta. sz ad h° ut postea crea
tura intelligat intellect' compat ipam p
mo cognitā ad creaturā sb rōe imitabi
lis. ⁊ tūc itelligēdo eēntiā ut imitabilem
itelligit creaturā p illō obiectū pmū sic
sub tali relone rōnis psideratū. Et dif
fert h opi. a p^a sic isti modi dicēdi qruz
vn' ponēt spēm eandē eē rōnem cogno
scēdi pn^m ⁊ pclonez. nō tū nisi ut sub di
stinctis relonib' rōnis corrndēnb' istis
cognitis sb ppriis rōib' alī' dicēt ipsuz
pn^m sic cognitū eē rōez cognoscēdi pclo
nē: ⁊ hoc nō vt pn^m absolute intellectū.
sz in ppatōne siue in relone ad pclonez.

Cōtra conclusionē

in q pcordāt iste opi. s. q iste relones rōis
sūt necio ponēde in deo distincte fm rō
nem ad hoc ut intelligant creature disti
cte in deo in rōe oboꝝ. Arguit p' sic
iste rōnes sūt cognoscibiles ad itellectu
dīno. q ro q rōne cognoscēdi. si alis rōi'
bus determinātib' eēntiā ut est rō vel
determinātib' essentiā pmū obiectū re
spectu oboꝝ scōoꝝ. pcedit in ifinitū. qz
itez ad istas alias rōnes itelligēdi prece
dēt alie. ⁊ sic nūq iste alie rōnes sūt itel
ligibiles a deo. qz oportebit ipm aū ip'

sas itellectas itelligē alias infinities infi'
nitas. g oz dare q iste rōnes pnt itelligi
a deo p eēntiā vnde eē est: vt nude accep
tā siue vt p rōnez siue vt iste cognoscan
tur p ipam ut p p^m ob^m cog^m absolute.
⁊ q rōne ista poterūt cognosci p eēntiaz
vn eēntia nude pari rōne ⁊ ipa obiecta
scdaria alia. qz vident iste rōnes habē
rōnes distinctoꝝ oboꝝ sic ⁊ alia. Sz
dices q iste rōnes cognoscunt ab intelle
ctu dīno per ipa obiecta ad que sūt: ita
q eēntia sub rōnibus istis est rō cogno'
scendi obiecta alia ⁊ alia. ⁊ illa cognita
simul cū eēntia sub diuersis rōnibus sūt
rō cognoscendi istas rōes sicut extrema
relonis vident eē rō cognoscēdi relonez
Hoc videt vilificare itellectū dīnum
qz tūc esset passiu' respectu alioꝝ oboꝝ
cognitoꝝ per istas rōnes per q actu abit
ad cognitionē istarū rationū. Prete'
rea 2°. cuiuscūqz obiecti ratio aliqua co
gnoscendi determinate potest eē aliqd li
mitatū ad illud. eiusdē potest eē aliqd il
limitatū ad illud ⁊ ad aliud. sed si essen
tia esset limitata respectu alicuius vn'
determinati cognoscibilis ipa esset de'
terminate rō cognoscendi illud absqz oi
respectu rei ⁊ rōnis. igit si ipa sit illimi'
tata rō respectu pluriū cognoscibilium
pōt eē ex se ratio cognoscēdi quodcūqz
illoꝝ. ⁊ omia illa sine omni relone rei ⁊
rōnis. pbatio maiozis. illimitatio ñ au
fert ab aliquo aliquā perfectionē. sz stā
te pfectōne que erat ad aliquid q si poit
similē pfectionē ad aliud. ⁊ ideo sic dic
tum fuit dis. 7. ⁊ dis. 28. indeterminatū
et illimitatōne. s. qō est indeterminatū
ad plura positia ex seipo ē determiatū
ad quodlibet illoꝝ determiatōne repu
gnāte indeimiatōni ad ꝯdictozia. pbō
miozis eēntia ponit ppa rō cognoscen
di seipam: ⁊ hoc siue ut obiectū primū.
siue ut rō cognoscendi obiectū. ⁊ istō cō
petit eēntie mere sub rōne absoluta sine
omni respectu rei. qz respectus realis ñ
est in eadē psona ad se sine oi etiā respe
ctu rōnis. pbo. qz ista intellectō non est
collatiua vel ppatiua nec negociatiua.
igit per eaz nulla relatō rōnis cāt i aliq.
Preterea 3°. vni' opatōnis opz dare
vnū pncipium q per se vnū ⁊ obiectum
per se vnū. ⁊ hoc maxime in simplr p^a
opatione qualis est intellectio diuina:
relatio aūt ratōis ⁊ ens reale nihil vnū
per se faciunt. qz nō pnt etiam habere p
se vnitatē scōi modi per se q mioz est q
eēntialis vnitas. nō. n. pōt relo ratōnis
psequi rem ex nā rei. ⁊ ideo nō pōt esse
passio eius. g eēntia siue vt obiectū siue
vt rō intelligendi. ⁊ illa relo rōis nō sūt
vnū per se obiectū nec vna rō intelligēdi
g oz dare altez pcise in rōe pmi obiecti
vl vt rōe q precise. nō autē illā relatōnez
rōnis. qz ipa nō est p^m obiectū cognitū
quo cognito cognoscatur aliquid aliud
ad qō est ille respect'. nec est et rō q inte'
dīn' hēat intellectōz h' obiecti. s. lapidis
qz intelligē lapidē est pfectio simplr: ita
q itellellect' dīnus nō eēt oīno pfectus
si nō intelligēt lapidē. nulla aūt relo vl
eē rō inherētie alicui' pfectōnis simplr.
g oz dare pcise eēntiā que subest isti rela
tōni tāq pmū obiectū q cognito cogno
scat lapis. vel tanq rōnez formalē intel'
ligendi lapidē. Et ex hoc vltra osten
ditur q frustra ponit talis relo determi
nans ipam essentiā. nam ipa sub respe'
ctu rōnis est formalr infinita. quia intel
lectus qūocunqz comparet essentiā. et p
hoc causet in ea relationē rōnis nō com
parat eā nisi ut ē formalr infinita. ⁊ ita
ut est sub tali relatōne formalr est infini
ta. ⁊ per pns ita indeterminata ut est sub
illa rōne sicut fm se. ⁊ ita ut est sub pri
ma rōe pt fūdare aliā pp sui finitatē sic
fm se pt. igit p relōem rōnis ñ deimiat.

Contra opinionez

primā specialiter videtur sequi q iste re
lationes erunt reales. quia ratio intelli
gendi vt est ratio precedit naturaliter in
tellectionem. ⁊ per pns quo ad nihil qō

Universidad de Deusto Biblioteca

est eius vt ē ratio intelligēdi causat p in tellectionē nec sequit intellectōez. Si igr sb relone ratois ē ratio intelligēdi lapidem illa relo nō pducit in eēn intellectōe lapidis. qz pcedit nāliē illā intellectōem g alia pduceret. sz istā nō pcedit nisi illa q est eēn vt eēn. hac aūt nō pducit qō pcedit ab eis vbi minus vr de psoni oi uinis z de pncipūs pducēdi eas. igit ista relo erit in essētia vt est rō z nō p aliquā actionē intellect. Preterea. fm aliqs istoz ad distinctōez realē in pncipiatis: suffic distinctō ratois in pncipūs. g ista distinctō rois vt ē rō intelligēdi. a. z. b. sufficiēs ē ad distinctōez realē ipius. a. z b. Preterea. res extra imediate itelligent qz tota distinctō q ponit intra pcedit intellectionē. nihl igr intra terminat intellectionem qi obiectū scōariū.

Contra secundam

positōnē spāliē sic. ois relo rois q ē i obiecto ex h° q ppat p intellectū ad aliō ē in eo pcise vt ē ens diminutū hns esse in intellectu. vt cognitū i cogscente. z possz esse i eo si p impossi illud nō hret eē essentie oū tn hret sili mō esse i intellectu ppante. igit iste relones erūt i eēn diuia pcise vt hz esse diminutū i intellcū ppāte essentiā ad creaturā z nō vt eēn ē aliquid in se. z vltra essent i eēn si p ipossibile illa essentia nō essz oū tn ab aliq intellectu intelligēte ppareť ad eosdē termi nos. z vltra si p impossi eēnt duo oū essent i intellectu h° dei ppante istū ocum ad creaturas z nō in isto deo i se Preterea. de pus nāliē est imitabil a ctea tuā q ppareť vt imitabilis. qz. n. ē imitabilis ideo ve ppat vt imitabilis a creatura vt vr z nō ecōuerso. igr aū istā ppationem factā p intellectū eēn vt imitabilis est i essentia imitabilitas. sz fm aliqs istius vie relo aptitudialis est eadē cū actuali ppter aliquā idemptitatē i deo dicūt ñ esse aliā relonē nouā z antiquā. nec etiā aliā creatiui z creantis. g iste relones i essentia vt obiecto ppato nō erūt p° ad extra. sz erūt alie pozes z reales vt vr. qz aū oēz actū inte° ppantis. Preterea. etsi eēntia vt cognita sit rō deueniēdi in noticiā lapidis tn vr postea: q inte° dinus possit cogscere lapidem in se. z nō pcise p h° q ppat eēntiā suā ad lapidem. quia sic sine tali ppatōe alteri° ad ipm possumus nos itelligere lapidē. i ista intellectō ne lapidis qro in q ē relo ad lapidē non in eēn vt in obiecto ppato. qz i isto obiecto vt sic nō ē intelligere vt obm ppatum. g oz querere eā in intellectōe vr in ratōe intelligēdi. z redibit ad aliquam illaz opinionum.

Pōt dici ad que

stionē. q relones terū modoīnt p se ab alīs duoz mōz. qz in 3° mō nō ē mutuitas sic in alīs duob° modis. z ex h° sequitur sic deductū est in di. 30. q. i. q termi nus relonis ē absolutū vt absolutuz sic igit obiectū intellectōis nre termiat relationē ipius inquātū mere absolutū. z sic ipa ē mēsurata p ipm ita vr q cū inte° diuia sit simplr mensura oim alioz a se intellectoz. sedť q alia pcise referant ad intellectionē diuinā z ipa terminabit relationē istā sb rōe mere absoluti. h° ꝓfirmat. qz omino p° intellectō diuia q beatifica ē: est eēntie vt essen ē sine omi respectu rei vr rōis z h° ppi pfectā idēptitatē realē inte° ad eēntiā obiectā. nō oz igit ppter intellectōez alic° obiecti pcise querere relonē nec i vtroq extrēo nec i altero. g oz aliqd aliud addere ppi qō sit relo in vtroq extrēoz vl in altero. illud aūt nō vr eē nisi vl mutua coexistentia si ē relo mutua vl dependētia in altero extrēo. si nō ē mutua h aūt. qñ deus intelligit aliqd aliō a se nō pōt poni mutua coexigētia i vtroq extrēo vt vr. g p cise suffic ponere relonē in altero extrēo vbi ē dependētia illud ē obm vt pgnitū.

Preterea. volūtas fruēs siue nō pducit aliō ab ipo in eē volito amādo finez

in ordine ad aliud. siue ꝓpando ipm ad aliud amabile. sed mag ꝓpando aliud amabile ad istū finē. ita q relo cāta per ꝓpatōez volūtat vr eē in aliq alio amato. g a sili in intellectu cogscente p^m obm: z ex illius cognitōne cogscente obm scōariū. nulla vr relo ppduci in ipo p° obiecto ad 2^m obm sz ex p°.

Preterea. sicut argutum ē nō vr posse poni q actu inte° ista relo pduceret. p° ñ ppi pfectionē absolutā illi° act°. si 2°. g nō ē pncipiū illi° actus scōi etiā in illo 2° actu pfecte ꝓgnoscit creatura. g i nullo actu erit talis relo qi rō poz creatura i rōne obiecti. Lōcedi pōt relo triū rōnū factaz ō duas op. cōes supius recitatas z pcedi pñt iste rōes h iam facte. z fz h° pōt pcedi q sūt ibi relones i deo eēne ad obā pgnita sed nō pozes nāliē ipis pgnitis in rōe obōz. Hoc pōt poni sic. dens in p° instāti itelligit eēntiā sb rōe mere absoluta in 2° instāti. pduē lapidē i eē intelligibili z itelligit lapidē. ita q ibi ē relo in lapide intellecto ad itellectōez diuiaz sz nulla adhuc i itellectōe diuia ad lapidē. sz inte° diuia termiat relonē lapidis itellecti ad ipaz. In 3° instāti forte intellect° dinus pōt ꝓpare suā intellectōez ad qōcūq itelligibile ad qō nō possum° ppare. z tūc ꝓpando se ad lapidē inte^m pōt cāre in se relonē rōis. Et in. 4° instāti pōt q̄sī reflecti sup istā relonē causataz i 3° instāti. z tūc illa relo rōis pgnita erit sic igr nō ē relo rōis necessaria ad intelligēdā lapidē tāq̄ poz lapide vt obm. immo ipa vt cāta ē posterioz. qz i 3° instāti z adhuc posterioz erit ipa vt pgnita. qz in 4° instāti. Et ista via vr tenē istā ppōnem q vr. pbabil q relo ñ nāliē pgnoscit nisi pgnito termio sz nec inte° ꝓpat ad aliqd nisi nāliē pus pgnito termio. quam ppōez nō pōt alia via tenere. qz oz q dicat q illa relone q ppat istā intellectōem ppter eēntiā ad aliqd nō pus pgnitū nālr Ista pō de relonib° alioz a deo vt itellectoz ad ipm inte^m oinū vt absolutū cō similiē ꝓfirmat z itelligit sicut illa supra di. 30. creaturaz relataz ad deū.

Contra istud argui

tur. vr. n. q destruat intētōez Aug. 83°. q. q. 46°. vbi dic si qdē in ideis tāta vis pstituit vt nisi eis itellect sapiēs eē nemo possit. fm aūt istā pōnē sapia pfecta dei ad creaturas erit i 2° instāti z pcedit nāliter tā eē ideaz q̄ pgnitōez eaz. Ibidez etiā dic. q istaz visione fiet aia beatissia qō nō eēt vez de visione p° q ē in creatore nec de visione 2° q ē i creatur. quare. Preterea arguit. illa q sūt diuia i inferiozib° q sūt alteri° rōis nō reducunt ad aliqd vnū i supiozi sic lz po° pgnitie in nobis reducāt ad vnā pōz pgnitiaz in angelis ppter vnitatē rōis oiuz pōz pgnitiuaz. tn inte° z volūtas q sūt i nobis alteri° rōis nō reducunt ad vnā pōz i angelis. erit igr in deo inte° sb tali rōe tlis po° distictus a volūtate sb rōe talis po° z p ꝓñs inte° vt in deo ē passiu°. g oz sibi daī aliquā formā añq̄ opet actu. z per ꝓñs ad h° vt hēat distictā opatōez opōtebit sibi dare distinctā formā nō autez pōt h dari aliq̄ foz° distincta si idee ponūtur ꝓsequi creaturaz itellectōez. Preterea si ppi illimitatōez eēn diuie poāt ipa vt oino absoluta eē rō cognoscendi oēs creaturas cū ita sit illimitata inq̄tū itellecta sic iquātū rō. sequit q ipa sola cognoscet sb rōe obiecti. aut si ponatur plalitas ex pte obōz nō obstāte infinitate vni° obiecti pari rōe videt posse poni ex parte rōis intelligendi.

Ad ista sententia

Aug. in ista. q. pōt colligi i ista descptōne idee. idea est rō eterna in mēte diuia. fm quā aliqd ē formabile vt fz ppriam rōez eius. pbatio p° pticule. de° oia cāt: vl cāre pōt. nō irratōnabiliē g rōnabiliter. igr hz rōez fm quā format nō autez eandē oiuz g singula ppriis rōib° format

nō aūt rōnibus extra se. q̄ nō eget in ef
ficiēdo aliq̄ alio a se. igit rōnib' in mēte
sua. nihil aūt in mēte sua ē nisi incōmu
tabile. g̃ oē formabile pt formare fm rō
nem ,ppriā sibi eternā in mēte sua. nihil
aūt in mente sua tale ponit nisi idea fm
istā descriptionē. igit videt q̄ lapis inte'
possit dici idea ipe eni hz oēs istas pdiri
ones. q̄ ipe est rō factibilis extra ,ppria
sibi. sic arca in mēte pt dici rō respectu
arce in mā: ⁊ est ,ppria rō fm quā arca
in mā format. ⁊ ista rō ē eina in mēte di
na: ut cognitū in cognoscēte p actū inte'
dini. dequid aūt est in deo fm qōcunq̄z
eē siue rei siue rōnis p actū inte' dini est
eternū. sic declaratū fuit supra di. 30. q̄
nulla relo pt eē noua i deo p actū inte'
sui. Istud videt psonare cū dicto Pla
tonis a q̄ accepit Aug. nomē idee. ipe ei
posuit ideas q̄dditates rez. p se q̄dē exñ
tes fm Ar'. ⁊ male. fm Aug. in mēte di
na ⁊ bñ. vñ aliqñ loq̄tur de mūdo itel
ligibili fm eū. sic igit poneret idee fz illā
impōnez Ar'. q̄dditates rez. ita ponūt
fm Pla. vt vī q̄dditates hñtes eē cogni
tū in intellectu dino. Hoc posito ñ oz
laborare circa relōes aliq̄s formalr. siue
in entia ut obiectū: siue in entia ut rō.
siue in entia ut intelligē dinū. q̄ relōes
dicant idee. imo ipm obm cognituz est
idea fm istud. ⁊ tūc concedi pnt auctes
Aug. adducte. q̄ nisi cognitis ideis sapi
ens nēo eē possit: q̄ tū. s. ad oēm plenitu
dinē sapie. licet eni deus pncipalr sit sa
piēs sapia entie sue ut obi. tñ nō omni
mō si nō saper creaturā q̄ creatura ut in
tellecta ab ipo ē idea. ⁊ ita ñ intellectis ide
is sapiēs dino cē nō pt. ponit aūt eē sapi
ens pfectissime in p' instāti. Iz ñ sapiens
dino in p' istāti absq̄z 2°. Si aūt idee po
nerent q̄dam relōnes rōnis in deo ñ vī
formalr eē sapiēs i itellectōe eaz: q̄ etiā
ibi eent vt rōnes intelligēdi añq̄ ipe in
telligerent. Silr alia auctas Aug. ha
rū visiōe fit aia btissima. Si idee ponū
tur eē q̄dditates ut cognite tūc exponen
da est de btitudine q̄ pt hīl in creaturis
ut in obiectis. q̄ certū ē q̄ nō est pfectis
sima btitudo in creatura absō fm ipm
S. pfessionū. Btūs est qui te ⁊ illa nouit
nec pp illa beatioz. Iz est intelligēdū btis
sima h' est totali btitudine possibili brō
nō q̄dem in eis formalr: sed in obō cui'
cognitio psupponit istis. ⁊ q̄si pcomitā
tur in isti in q̄bus aliq̄ btitudo est lz nō
pma. Et si Aug'. aliqñ loquat aliter de
ideis q̄si sint rōnes cognoscēdi aliq̄d. cū
tñ hic nō dicat ipas eē nisi rōnes fm q̄s
formant q̄ formant pt inquā exponi il
lud dictū eius si alibi dicat nō q̄ ly fm
notet rōnem formalē intelligēdi. sed fm
q̄s ut sūt obā nō pma nec mouētia intel
lectū: Iz obā scōaria iminātia intellectū

Ad 2^m qualr inte' est passiu' in se. et
qualr est passiu' respectu intellectōis dic
tū ē dis. 3. Iz posito q̄ sit passiu' i nobis
⁊ q̄si passiuus in deo: ⁊ q̄ dēat hic assig
nari forma vel q̄si forma vt qua opet.
pt dici q̄ illud est entia sub rōne q̄ ēntia.
q̄ sub rōne absoluta est rō cognoscē
di nō tm ipa met sed oē aliud sub q̄cun
q̄z rōne cognoscibilis. ⁊ hoc isto mō itel
ligendo. p hoc eni q̄ intellect' dinus est
in actu p entia sua vt est rō intelligēdi
hz primū actū sufficientē ad pducendū
oē aliud in esse cognito. ⁊ pducendo il
lud in eē cognito pducit ipm vt habet
dependentiā ad ipmmet ut ad intellige
tiā. ⁊ per hoc q̄ intellectio ipius est eius
illud dependet ad istā intellectōez ut ad
absolutū. sic etiā in alīs dicet. q̄ cā sub
rōne mere absoluta est actus pmus a q̄
pcedit effectus. ⁊ effectus pducus hz re
lationē ad cām. qñq̄z ut ad absolutum.
qñq̄z aūt mutuo est relo effectus ad cau
sam ⁊ ecōuerso. nunq̄ tñ ex pte cāe req'
ritur relo poz q̄ sit effect' posit' in esse.
Qō nūc brevit suadet. q̄ nihil hñs pfe
ctius eē in aliq̄ genē ad illud qō hz min'
pfectū eē i genē tali depēdet. g̃ relo actua
lis ñ depēdet ad aliq̄d qō tñ est ens po
le ⁊ nō actuale. ois igit actualis relōnis

S. thom. nas hoc q̄ dicit de ideis vel p[illegible] pro formali. vel p[illegible] gato exente realiq[illegible] tionis

termin' est aliqō ens actu. in quocunq̄z
igit instāti nāe cā refert actu ad effectuz
tūc ē i termio esse actuale. pt aūt illō ab
solutū iminās eē sine respectu ad ipm.
igit ita ē sil cū isto respectu q̄ ē pus nālr
eo. g̃ ñ pt eē aliq̄ relo in cā nālr añq̄ ab
solutū sit ad qō oz eē ista relo. Et ita in
telligo q̄ i p' instāti ē a. sub rōe absoluti
in 2° ē b. sub rōne absoluti hñs eē p a. i
3° b. refert ad a. sub rōe absoluti si ē rlo
nō mutua. vl a. ⁊ b. referūt relonib' mu
tuis. Ira g̃ h i p' instāti inte' est i actu p
entiā ut mē absō tāq̄ i actu p' sufficiē
ti ad pducēdū q̄dlibz i actu itelligibili.
In 2° instāti pducit lapidē ineē itellecto
ita q̄ imin' iste ē ⁊ hz respectū ad itelle
ctionē dinā. null' aūt ē respect' ex' in in
tellectu dino. q̄ respect' ei' ñ est mutu'
istud qō dictū est relōez pus ñ eē i cā q̄ i
cāto hz istātias de qb' als. Ad 4^m de
obō illimitato. Rño obm inq̄^m moti^m
⁊ inq̄^m p' imiatiuū. ⁊ p ppñs vt duplicit
necio redsitū vel coexactū ad actū ē eq̄
illimitatū. ⁊ is nihil aliud ē sic obm. tñ
aliud est obm scōario terminās. nec oz
obm illimitatū eē pcise terminās quō
cūqz actū. sic pcise est mouēs ⁊ rō actus
q̄ aliquid pōt sequi terminū pmū et eē
imin' scōus. nihil aūt pt eē scōario mo
uens ad actū. rō est q̄ omne mouēs aliq̄
liter pcedit actū nō aūt quōcūqz termi
nās pcedit nec coexigit ad actū. sed secū
dario terminās sequit actū sicut mensu
ratū ⁊ causatum. sicut intellectio in no
bis sequitur obiectum.

Ad argumenta pri

cipalia. Ad illud de. 83. qōnuz pz quō
loquit de idea. Ad Aluic. pcedo q̄ in
deo pōt esse relo intelligētis vel ,put h'
qō est intelligēs termiat relationē intelle
cti. sicut dñm eē est appellatio relatiua:
⁊ significat termiare relōez Fui. vel ,put
intelligens dicit relōez rōnis positiue. Iz
tūc nō est hoc in pmo instanti nec in 2°.
